

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Commentarius in cantica canticorum - Cod. Ettenheim-Münster 73**

**Cartier, Germanus**

**[S.l.], 1742**

Cantici Cap. 4

[urn:nbn:de:bsz:31-108575](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108575)

hunc egressum facere debet, quisquis tendit aut  
Tendere debet ad vitam spiritualis perfectionem.

2. Tres regimus coronas Christi. Prima est carnea; secunda spinea: Tertia aurea. Primam coronavit eum Mater sua Virgo Maria. Secundam Noverca, nempe Synagoga: Tertia pater. Prima est miseria: secunda contumelia: Tertia gloria. In hac triplici gloria, necesse est ut cum contemplemur. In prima, ut nos terreamus ~~ejus flagella, laborem, et dolorem~~, In secunda, ~~ne erubescamus pro ipso sustinere ludibria~~. In tertia, ut nos ~~alliciant premia~~, ut aequanimiter cum ipso infirmitates humane naturae patiamur. In secunda, ne erubescamus pro ipso ~~sustinere~~ ludibria et omne injuriarum genus sustinere. In tertia, ut nos ad bene operandum alliciant premia.

3. Quando Judaea Christo intulit martyrium, fabricavit illi coronam et gloriam, sic et qui nos affligunt, sunt fabri coronae nostrae, ideoque tanquam benefactores nostri à nobis amandi non odidendi: quis enim unquam benefactorem suum odio habuit, et poenam non meruit? Nec refert quod mala eorum sit voluntas, mala quidem est, sed sibi metipsis, tibi vero bona, quia tibi parturit gloriam.

### Cantici Cant. c. 4

Quam pulchra es, amica mea, quam pulchra es!  
oculi tui columbarum absque eo, quod intrinsecus latet. Capilli tui sicut greges caprarum,  
quae ascenderunt de monte Galaad. v. 1.

#### Commentarius in

7 veluti

Exhortatio sponsae, inquit Tirinus, qua reliquas feminas Sion conabat in amore sponsi pertrahere adeo placuit sponso, ut ~~non~~ admirabundus in has laudes percurreret. quam pulchra es amica mea, quam pulchra es! pulchra nempe contemplatione, pulchra et actione: oculi tui columbarum tum propter rectam intentionem, tum propter simplicitatem, absque eo quod intrinsecus latet, id est, pulchra etiam est propter charitatem et purum Dei amorem, quo intima cordis tui succensa sunt. Sed et capilli tui sicut greges caprarum, quae ascenderunt de monte Galaad,

Cassiodor. Beda. Ricard.  
Vid. Firm. et Cornal. 85

Cornal. à Lap.  
Firm. h.

hoc est, cogitationes et affectiones sua velociter  
ascendant ad Superna, et unica diriguntur ad Deum  
per contemplationem aut meditationem s. Scriptura-  
rum; Galaad enim interpretatur aceruus testi-  
monii, et denotat s. Scripturas, in quibus omnia  
conseruantur testimonia de Deo, de attributis divi-  
nis, et de omnibus fidei mysteriis, à quibus tanquam  
pingui ac sublimi monte mens facilius specula-  
tur Deum, atq; affectus suos in eum dirigit.

Meditatio 46.

Considera a. quod mentis contemplatio et actio externa  
duo sint media, eaq; valde necessaria, quibus ani-  
ma summam pulchritudinem sibi comparare, seq; in  
amicitiam divini Sponsi insinuare potest, et debet.  
Mens enim humana, quae à Deo unice creata est,  
ut ipsum Deum amet, colat, eiq; seruiat, ac tandem  
ipso tanquam fini ultimo aeternaliter conjunga-  
tur, necesse habet, dum est in hoc corpore, et pe-  
grinatur à Domino, contemplationi crebrius in-  
sistat, quo eius adminiculo magis ac magis in  
Dei ac attributorum divinorum cognitionem ve-  
nire possit; anima siquidem hac imbuta co-  
gnitione incipit Deum ardentius amare, et tra-  
cta amore coelestium, facilius terrena despicit totum  
animo ad Superna anhelat, quae ut assequi pos-  
sit, sanctam conversationem orditur; Sicq; mens  
pulchra prius effecta per contemplationem pul-  
chrior adhuc redditur per operis exhibitionem. Val-  
de enim ea decoratur, cum temperanter in omni-  
bus vivit, cum tenui utitur victu et vestitu, cum  
cavet omnia superflua, et exercet, quae sunt f.  
justa et honesta, cum est composita in opere pari-  
ter et sermone, neminem laedas, omnibus com-  
patiens, omnibus pro posse subveniens. Cum  
est pudica, modesta, mitis et mansueta; <sup>cum</sup> non tur-  
batur ira, vel impatientia, non contendit, non ju-  
dicat, non detrahit, aut detrahentibus aurem  
accomodat sed potius omnia in meliorem partem  
interpretatur. Cum seipsam nunquam quarit, sed  
magis studet communitatis utilitati quam propria,  
probe sciens, quod privata communibus cedere  
debeant. Deniq; cum fervens est in omni opere

~~bono in Dei servitio, atq; in caribus o-~~  
bono, atq; in Dei servitio, juxta vocationē status  
sui. Ecce anima fidelis, haec sunt, quae si à te  
fideliter adimpleta fuerint, ita pulchrā, <sup>ite</sup> efficient,  
ut non solum Angelis summē sis, placitura sed et  
maximā gratiam amicitiam ac familiaritatē apud  
Regem Angelorum tibi sis conciliatura. Caterū nun-  
quam tam sanctam conversationē instituerē poteris,  
nisi per contemplationis ac meditationū frequentes  
exercitationes auxiliante divinā gratiā ad amorē  
coelestium, et contemptum terrenorū allacta fue-  
ris. Roga proinde Deum, ut desideria tua perper-  
ad coelestia erigat, et per contemplationē te doceat,  
qualiter sobriē, piē et justē vivere ~~possis~~

Considera 2. Quod anima, quae debet insistere  
vestigis sponsa, habere debeat oculos columba-  
rum, ut in omnibus, quae laudabiliter gerit sim-  
plicem oculum et rectam intentionem habeat,  
non affectans, nec curans ab hominibus laudari,  
aut ipsis placere, sed solum intendens gloriā  
Dei, ejusq; beneplacitum. Praeterea simpliciter  
ista terrena intueri, et nequaquam ad ea inor-  
dinatā cupiditate ferri debet, temporalia enim  
in usu dumtaxat, aeterna verò in desiderio et  
affectu sint, oportet; unde max, quae verē ha-  
bet oculos columbarum modicis contenta est,  
aliena non ambit, aliis non invidet, non fertur  
desiderio ambitionis, vel divitiarum, vel alicu-  
jus delectationis carnalis, cum enim praedita sit  
simplici et recto intuitu, rectā etiā in omni-  
bus tendit ad Deum, in quo ineffabiles inveni-  
unt divitias, voluptates et honores, quibus unice  
satiari potest. Sed unde ei insunt tam  
simplices oculi, nisi ex eo quod in anima in-  
trinsecus latet, nempe ex puro Dei amore;  
hic enim Dei amor omnes inordinatas cupidita-  
tes omniaq; vitia extirpat; animā siquidem,  
inquit Hugo, in qua charitas habitat, superbia  
non inflat, invidia non devastat, ira non disti-  
pat, tristitia mala non vexat, avaritia non  
excoccat, gula non inflamat, luxuria non  
inquinat, semper munda est, semper casta,

Hugo de laud  
Charit.



7 eo <sup>vero</sup> suscitato

mit Christus, ac flante vento contrario operitur  
navicula mentis fluctibus perturbationum  
Vnde oratione, imo quandoq; gemitibus precibus  
suscitandus est. ~~Christus~~ <sup>Dominus</sup> Dissipabitur mentis  
fluctuatio, fiet serenitas magna, ac redeun-  
tibus cogitationibus et affectionibus desideratis,  
facile ad superna te attollere poteris.

### Documenta

1  
7 oportet, ut

Anima Deo dicata non immerito columba compa-  
ratur; Columba enim felle caret, rostro non cadit,  
in cavernis petrarum nidificat, alienos pullos nutrit  
pro cantu gemitum reddit; sic hujusmodi anima fel-  
le malitia caret, debet rostro detractionis nullum  
cadat. In cavernis petrae id est, in vulnibus Jesu  
Christi refugium habeat, alienos pullos, id est,  
peccatores cibo sacrae eruditionis, aut ~~saltem~~ boni  
exempli nutriat, pro cantu latitiae non nisi continuam tam de  
proprio quam alienis iniquitatibus gemitum edat.

7 enim

2. Analogice, capilli sicut greges caprarum notant  
vires religiosorum; capilli sunt viles et exiles, tales  
etiam in oculis suis esse debent religiosi. Religio  
enim est status et professio humilitatis, unde quod quis  
humilior eo religiosior. Capilli sunt insensibiles, quia  
vita carent, sic religiosi mundo mortui, ~~non~~ terrenis  
negotij implicari debent; et sicut capilli densi, non  
esse ac compositi sunt, sic in religione Summa debet  
religiosorum unio, subordinatio, et compositio.  
Praeterea sicut greges caprarum scandunt sublimia  
montium cacumina, sic religiosorum est conscendere  
coelestia, et cum B. V. Maria in montana virtu-  
tum asperitate <sup>ut</sup> ~~conferre~~ <sup>ut</sup> illud apostoli implent  
nostra conversatio in coelis est.

3. <sup>vera</sup> in claustris religiosorum  
unio, et debita subordinatio,  
aut ~~ultima~~ <sup>vera</sup> compositio est.

philip. 3.

Dentes sicut greges tonsari qua ascen-  
derunt de lavaero, omnes gemellis foetibus,  
et sterilibus non est inter eas c. 27. v. 2.

### Commentarius

Tres Patres Anonymi apud Theodorctum, Item Nyssenus,  
Ambrosius Jeron. ib. in ps. 118. Bernardus, Bernardus  
papae, Cornelius a Lapide Trinus hic et alii per dentes in-  
telligunt spirituales anima meditationes, per has  
enim anima masticat, et ruminat actus et mores  
suos, ut videat quid bonum, quidve malum, quid fu-

84  
giendum, aut quid amplectendum, unde sensus  
est: Meditationes tua o sponsa ita mentem tuam  
mundam, candidam et pulchram reddunt, sicut oves  
munda et candida sunt, postquam lona et lana  
bene lota fuerint. Omnes autem meditationes  
tuas gemellis foetibus graviora sunt; quia non  
solum produciunt veram cognitionem in intellectu,  
sed etiam in voluntate ardentem amorem, et ideo  
non est ulla sterilis inter eas.

### Meditatio 247

Considera d. quod anima cui incumbit mun-  
dam tenere conscientiam, et ire de virtute in  
virtutem, orationem mentalem magni face-  
re debeat, ut per eam Deum magis diligere,  
et coram eo sine macula ambulare discat;  
quis namque est, qui v.g. considerat quam bonus  
quam magnus, quam amabilis sit Deus, quam  
miseriordem se erga nos exhibuerit, quanta  
amore nostri egerit, et passus sit et non illico  
ad tam benignum Dominum amandum vehemen-  
ter accendatur? Et quis, obsecro, conscientiam  
suam gravi delicto commaculare aufit, si ca-  
pendat mortale peccatum tanta esse malitia  
ut ipse dei filius pro eo ex rigore justitiae Pa-  
tri suo satisfactorius mortem crudelissimam  
optetere voluerit? Quis praeterea non formida-  
bit a peccato, cum <sup>meditando</sup> cogitat, Deum vel ob unum  
peccatum mortiferum impios incendiis aeternum  
duraturis adjudicare? Et quis denique serio per-  
pendens illa Christi verba: discedite a me maledi-  
cti in ignem aeternum, potius velit audire  
illam terribilem sententiam, atque adeo liben-  
terius in omnem aeternitatem standum nempe,  
quamdiu Deus erit, in inferno ardere, quam  
momentanea voluptate carere? Quis quaso,  
nam in saxa mentis unquam reperiri possit?  
Bene igitur David in suis psalmis beatos illos  
nuncupat, qui meditantur in lege Domini die  
et nocte, et qui scrutantur testimonia ejus,  
quia nempe huiusmodi dabant fructum suum  
divinae scilicet dilectionis ac bonorum operum inten-

1. 118

pore suo, intellectus quippe cogitabundus ait  
 S. Augustinus est principium omnis boni. Nisi  
quod lex meditatio mea est, ait rursus David,  
Tunc forte perissem in humilitate mea,  
id est, in meis tentationibus et afflictionibus.  
 Ex defectu namq, meditationis nascitur  
 lepiditatis vitium, ex lepiditatis vitio oritur  
 subtractio gratiarum, ex subtractione gra-  
 tiarum anima interitus. O anima mea sicut  
 tam vis facere vocationem tuam nullum finis  
 praterire diem, quin orationi mentali diligen-  
 ter insistas. Ex bonis enim usq, quotidianis  
 meditationibus tuis in tuto collocari poterit  
 salus tua, sicut e converso ea ex frequenti  
 earum intermissione in summum discrimen con-  
 jicietur.

Eph. 4

gal. 6

Considera 2. Quod anima ad vinculo medi-  
 tationum suarum admitti necesse habeat ut instar  
 ovium tonsarum ascendat de lavaero. Itaque  
 sicut oves tonsa vellera, ita et ipsa veterem con-  
 versationem ac substantiam temporalem deponere  
 debet. Veterem quidem conversationem, quia  
 ait Apostolus: Deponite vos secundum pristinam  
conversacionem veterem hominem qui  
corrumpitur secundum desideria erroris.  
 Substantiam vero temporalem instar ejus-  
 dem Apostoli, qui ait, qua mihi fuerant  
lucra, haec arbitratus sum propter Christum  
detrimenta; Verumtamen existimo omnia  
 detrimenta esse propter eminentem scientiam  
 Jesu Christi Domini mei, propter quem om-  
 nia detrimenta feci, et arbitratus sum ut  
 stercorea, ut Christum lucrifaciam. Verum  
 non sufficit anima, si a veteri, et superva-  
 caneo levium et inanium rerum vellere se  
 exoneret nisi etiam ascendat de lavaero.  
 Munda igitur, lota, et nova fieri debet, ut



filium amoris seu affectus voluntatis subse-  
 quatur, quò anima ipsi Deo copulari, et  
 uniri possit; Et sane sicut famelico parum  
 profuerit mensa omnigenis exquisitissimisque  
 epulis instructa aspidare, nisi iisdem vesca-  
 tur, sic orantem parum juverit operam  
 multisque considerationibus abundantem men-  
 sam ante se habere, si ex iis non comedat,  
 id est, eas sibi per voluntatem non applicet  
 ut aliquem ex iis fructum capiat. Ceterum  
 minime sterilis erit tua meditatio, licet  
 devotio sensibilis tibi desit, et anima tua  
 fuerit arida sicut terra sine aqua, dummo-  
 do facias, quòd in te est, et post aquas  
 per mentis discursum veritates coneres pro-  
 vinctus movere voluntate tua ad eas am-  
 plesandas, talis enim meditatio pergrata  
 erit Deo, tibi, valde fructuosa; Gape enim  
 Deus servos suos probat, et affligit, dum  
 meditantur, ariditate cordis; interim tamen  
 insensibiliter mentem eorum coelestibus re-  
 plet donis et gratis." Cito, inquit S. Francis-  
 cus sales. opera nostra s: meditationes et simi-  
 lia; in sensualis cordis tenitudine facta nobis  
 sint gratiora s: nobis inquam, qui non nisi pro-  
 pria delectatione spectamus; in ariditate  
 tamen et steri obita plus ~~in~~ Dei valoris in  
 conspectu Dei continent. O anima fidelis  
 scito quòd Dæmon totis viribus contendat, ut  
 meditationes tuas vel impediatur, vel fructum  
 earum minuat. novit enim quòd oratio men-  
 talis <sup>super</sup> anima proficere volentem omnia alia  
 spiritualia exercitia multis parasangis com-  
 neat; hinc si persuadere nequit, ut eas omni-  
 no omittas, saltem id agit, ut devotionem  
 tollat, sed ne propterea te finas avocari  
 ab oratione mentali, eo quòd in ea frequen-  
 tando nullam aut valde exigua persensit  
 cordis compunctionem, et mentis dulcedinem, quia ejus  
 profectus non consistit in sensibili devotione, sed in perfec-  
 ta cù divina voluntate conformitate, et vitiorum extirpatione.

ps. 142

in introd. ad  
vit. devot.  
p. 4. c. 14

## Documenta

Homo interior suos etiam interiores dentes habet quibus spirituales cibum terat, ut glut glutiri possit; cibus vero iste est facere voluntate ejus qui vocavit nos in adoptione filiorum; nam hoc cibo plane vivit anima, cujus vitalis refectio est divina voluntatis adimpletio, quod, quia difficile est, et laboriosum propter legem membrorum repugnantem legi mentis nostrae, ideo necesse est, ut cibus dentibus meditationum nostrarum molatur, et sic diglutiatur.

Eph. 8.

Gyilbertus Abbas contendit, quod quilibet homo de lavacro ascendere debeat! etiam levium delictorum vestigia, inquit, lacrymis dele; hic enim in convalle lacrymarum locus est lavacri; illic vero magis erit conflatorium, quam lavacrum; nam quae hic facile poterant ablu, ibi non tam misericorditer, quam in spiritu judicii et ardoris purgantur. Est felix, qui de saeculo non quasi de cano, sed quasi de lavacro ascendit non habens necesse, ut aliquid in se lavet, sed est mundus totus.

Serm. 23.

Sicut vitta coccinea labia tua, et eloquium tuum dulce. Sicut fragmen mali punici, ita gena tua absque eo, quod intrinsecus latet. v. 3

### Commentarius

Labia anima sancta, inquit Cornel. à Lap., sunt instar vitta coccinea, cum ardentem ad Deum effundunt orationem. Vitta igitur coccinea comparatur oratio devota; quia instar cocci rubet, et ardet charitate erga Deum, ipsumque, instar vitta ita stringit, et quasi ligat, ut largiatur, quod postulamus. Caterum sicut priori versu sponsus sponsum laudavit propter suas foecundas orationes mentales, sic modo eam extollit ob suas arduas orationes externas, ut sit sponsus. Sicut vitta coccinea labia tua, id est oratio tua ardet charitate, et idcirco mihi valde placet. Item eloquium tuum dulce est, quia non nisi amore Dei et proximi spirat. Praeterea sicut fragmen mali punici, ita gena tua, absque eo quod intrinsecus latet, nempe sicut cortex mali punici conservat,

Corn. à Lap.  
Tirin. h.

et auferit fructum qui in ipso contrahitur. Sic no-  
destia, cum <sup>tua</sup> Silentio custos est gratiarum et virtutum, que  
sunt in te.

7 virtus taciturnitatis

Nota, pro iis verbis absq. eo, quod intrinsecus latet  
vertunt Septuaginta extra taciturnitatem ~~tuam~~ vel  
tuam, adeo ut non solum charitas, sed etiam ~~virtus~~  
hic intelligi possit, ut docent Theodoretus, Nysenus  
et alii

### Meditatio 218.

Considera 2. Ut oratio Deo placeat, vita iocun-  
da sit, oportet, debet namq. rubere. tua san-  
guine Christi per cuius merita nos exaudiri  
postulamus, tum etiam charitate, ut scilicet  
nihil per eam petamus, nisi quod charitas Dei  
vel anima propria aut proximorum deposcit.  
debet etiam ardere, et veluti flamma esse,  
ut efficaci ardore prolata, recta ac velociter  
subleuetur in coelum. Talis itaq. cuiusq. de-  
bet esse oratio, si obtinere cupit, quod petit.  
Sed quia multi orant, cum tepore animi, non  
cum fervore spiritus: imo temporalia et carnalia,  
non spiritualia et salubria postulanti, Deo  
concedere peccata merito <sup>quod dicitur</sup> offerunt Deo, ~~et~~  
postulata referre <sup>non merentur</sup>. O anima fidelis,  
Si vis, ut preces tue nunquam desiderato frustrentur  
effectu, prius ardeas charitate divina, necesse est;  
amantis enim Deum oratio coelos penetrat, et  
quidquid petierit a dulcissimo Jesu facile im-  
petabit. Charitas quippe efficit amantem  
unum esse spiritum cum amato, atq. utriusq.  
voluntatem adeo unit, et transformat ut  
idem velint, et nolint, <sup>et hinc est quod</sup> ~~quod fit~~ ut anima amo-  
re ferventes nunquam a dilectissimo Deo re-  
pulsam patiantur; quod ipsum manifeste  
innuit Propheta, dum ait: delectare in Domi-  
no, et dabit tibi petitiones cordis tui, quasi  
diceret: unice adhære Deo, sitq. ipse sola et  
unica delectatio tua, ac centrum amoris tui,  
et tunc quidquid postulaveris, facile ab eo  
consequeris, tanto magis certius, quo magis  
rubescet oratio tincta sanguine Jesu Christi

q non merentur

ps-36



esse debet, quam ut magis ac magis cor tuum cha-  
ritate succendas, est enim amor divinus, origo  
omnium virtutum, et simul extirpatio om-  
nium vitiorum, atq; adeo thesaurus in-  
deficiens omnium bonorum spiritualium, quem  
qui habet, dives est, quo quicquam caret, pauper  
est.

s. Basil.

Considera 3. Quod modestia, ac silentium seu  
taciturnitas multum promoveant spirituales  
profectum nostrum; Est enim inter corpus et ani-  
mam, sive inter exteriorem et interiorem hominem  
tanta unio et foedus, ut quod in uno invenitur,  
mox in alterum derivetur. Externa proinde illa  
genarum et oculorum modestia, taciturnitas, ser-  
vumq; custodia ad interiorem devotionem, ac  
feriorem, ac pietatem tanto magis conducit,  
quo manifestius constat, sensus externos totide  
esse ostia, per qua omne malum ad cor ingre-  
ditur; de his enim dicit Job: nunquid aperta  
sunt tibi porta mortis, et ostia tenebrosa vidisti?  
Per hos igitur sensus intrat mors peccati in animam,  
ascendit, inquit Jeremias, mors per fenestras nos-  
tras; quapropter sapienter monet S. Gregorius,  
nobis ad custodiendam cordis munditiam exteri-  
orum sensuum disciplinam servandam esse, quia quid-  
quid multo labore lucrati sumus, facile per has  
sensus fenestras dilabatur, nisi in illis bene custo-  
diendis serio adlaboraverimus. Haec certe causa est,  
cur S. Patres dicant, illum qui vult perfectam  
cordis munditiam ac puritatem simulq; devotio-  
nem et animi collectionem habere, surdum esse de-  
bere, coecum, et mutum. Fuge silentium, ait  
S. Bernardus, et ab omni strepitu secularium  
perpetua quies, cogit coelestia meditari, animusq;  
ad illa sustollere, et oculi defixi in solum ju-  
vant, ut cor semper lavetur in coelum. Vide-  
riam anima fidelis quam magna diligentiam  
custodire debeas linguam tuam ac sensus tuos,  
maxime tamen oculos, ne videant vanitatem.  
Cave ne iis sensibus aliter utaris, quam recta  
ratio permittit; si enim loquacitatem amas,  
et sensibus deditas es, eorumq; oblectamenta si-  
ne reformatione sequeris, non tantum nullum  
in veris virtutibus profectum facere poteris,

Job. 38.

Jer. 9.  
lib. 21. mor. c. 2.

Cassian. lib. 4.  
de instit. cenob.

Pr. de 12  
grad. Humil.



Orig. Theodor.  
Bernard. et alij  
apud Teren.

ostendat, obedientiam per collum significatam non  
solum ornare animam, sed etiam eam fortem, in-  
trepidam, ac animosam, beneq; munitam reddere,  
cui proinde hostes nullatenus prevalere possint.  
Sensus igitur est; Collum tuum nempe obe-  
dientia tua fortis et armis instructa est, ad instar  
turris arcis Sion, qua multa propugnacula, cy-  
peos, et arma fortissima ~~habet~~ habet.

### Meditatio 49.

Considera 1. Non immerito obedientiam tui Da-  
vidica comparari, sicut enim hoc erat, recta,  
excelsa, rotunda, et fortissima, sic talis esse  
debet vera obedientia: recta quidem, per recti-  
tudinem scilicet sanctae intentionis, qua verus  
obediens non nisi voluntatem Dei in jussu supe-  
rioris contentam implere intendat; excelsa quia  
sicut ait S. Augustinus: Obedientia maxima  
est virtus, et ut sic dixerim, omnium origo ma-  
terq; virtutum; rotunda, id est, perfecta, quia per  
hanc perficitur anima; obedientia quippe san-  
ctorum cibus est, ex hac enim ablactati sunt,  
et per hanc ad perfectionem pervenerunt: for-  
tissima, siquidem <sup>nam</sup> per <sup>eam</sup> obediens vincit omnes dif-  
ficultates, tentationes, ac similia salutis obsta-  
cula; quapropter S. Benedictus asserit eum, qui  
abrenuntiat propriis voluntatibus Christo vero  
Regi militaturus obedientia fortissima atq;  
praclarata assumere, quibus videlicet instruc-  
tus, nec demonem, nec hominem timet, imo nec  
jussum superioris neq; ipsum superiorem per-  
horrescit. Ei enim perinde est, Petrusne suus  
superior sit, an Joannes? Num hujus sit con-  
ditionis, indolis, ac naturae, an illius? Vir  
<sup>namq;</sup> ~~quod~~ verè obediens ab his rebus dependere  
non debet, et evidens est obedientia defectus, imo  
manifestum magne imperfectionis, aut mala conscien-  
tia argumentum ista discutere, examinare timere,  
et perhorrescere. Tui et maleficus judicem for-  
midat, hunc autem timorem non iudex sed male-  
ficcium, et scelerata conscientia ei <sup>ingenerat</sup> ~~generat~~, sic si  
times, aut perhorrescis tuum superiorem, non ipse

l. j. contr. ad  
ver. Leg. c. 14

vit. PP.

in prol. reg.

q arma

92  
Superior, sed tua imperfectio, inordinatus affectus,  
propria et necdum abdicata voluntas, verbo tua in-  
obedientia hunc timorem vel aversionem tibi procreat  
generat. Vis ergo o anima mea nihil metue-  
re et semper secura esse, obedientiam serio cole,  
et ad omnia indifferens et resignata esto. Si  
vis non timere potestatem, ait Apostolus bonum Rom. 13  
fac, et habebis laudem ex illa, et qui hoc modo  
ambulaverit, miram pacem, summam quietem, et securitatem  
gaudebit.

Considera 2. Praecipua obedientiae propugnacula,  
clypeos, et armaturam esse timorem Domini, hu-  
militatem, patientiam, propriae voluntatis  
abnegationem, et fidem. 1<sup>o</sup> Timor Domini;  
hic enim animam valde munit, et confortat  
adversus inobedientiam, quoniam quasi peccatum  
arrolandi est repugnare, et quasi scelus idolola-  
tria nolle acquiescere, atq; ut ait Apostolus,  
qui resistunt potestati, Dei ordinationi resis-  
tunt, qui autem resistunt ipsi sibi damnatio-  
nem acquirunt. Et do humilitas, quia obe-  
dientia praestari nequit, nisi quis se subdat  
alteri, quae subiectio actus est humilitatis.  
3<sup>o</sup> patientia, quia obedientia labores, onera,  
difficultates plerumq; comites habet, unde  
ii, quibus imponitur obedientiae praecipuum  
sape sapienter dicere possunt: propter te mortifi-  
camur tota die aestimati sumus sicut oves occi-  
sionis, posuisti tribulationes in dorso nostro im-  
posuisti homines super capita nostra, et ideo  
necesse est, ut in huiusmodi duris, et contra-  
riis rebus tantam conscientiam patientiam am-  
plectantur. 4<sup>o</sup> propriae voluntatis abne-  
gatio, quia quilibet obediens cum Christo  
dicere debet, non mea voluntas sed tua fiat;  
hinc est, ut notat S. Gregorius, quod obe-  
dientia victimis jure proponatur, quia per  
victimas aliena caro, per obedientiam vero  
voluntas propria mactatur. 5<sup>o</sup> deniq; fi-  
des, quia obediens credere debet, se Deo obe-  
dire, cum obedit superiori, obedientia, inquit

1. Reg. 15

Rom. 13

ps. 43

ult. moral.

Reg. c. 7

e.

prov. 21.

Sap. 7.

Eph. 6.

S. Benedictus, qua majoribus praebetur, Leo exhibetur; ipse enim dicit, qui vos audit, me audit. En anima fidelis, propugnacula, clypeos et armaturam fortium, sine quibus vir obediens esse non poterit, nec proinde loquetur victorias; quapropter priusquam per obedientiam accipiat regnum decoris, et diadema speciei de manu Domini, omnino oportet, ut se muniat timore Domini, humilitate, patientia abnegatione propria voluntatis, et maxime fide firmiter ac sancte credendo praepositos suos licet etiam discolos et carnales nihilominus vices gerere Christi, quibus, ut ait apostolus, cum timore et tremore, et in simplicitate cordis sicut Christo obediendum.

Reg. S. Bened. c. 5

ps. 18.

Luc. 22

Isa. 53.

Hebr. 12

Philip. 2

Considera 3. Non esse obedientiam veram et perfectam nisi comparari possit turri David, id est, obedientia Christi, ipse quippe implevit omnes conditiones perfectae obedientiae; neque enim trepidè, aut tarde aut tepidè, vel cum murmure, sed hilariter, et perseveranter patri suo obedivit. 1. mo obedientia ejus non fuit trepida, sed animosa, nam hos obvia processit hostibus, à quibus se sciebat crudelissimè et ignominiosissimè occidendum. 2. do non fuit tarda, ut qui exultavit ut gigas ad currendam viam suam. 3. tio sic fuit tepida sed fervens; unde dicebat: baptismo habeo baptizari, et quomodo coarctor, usque dum perficiatur. Et iterum: desiderio desideravi hoc pascha manducare. 4. to. obedivit sine murmure juxta illud Isaiæ vaticinium: sicut ovis ad occisionem ducetur, et quasi agnus coram tondente se obmutescet, et non aperiet os suum. 5. to. obedivit hilariter, quippe qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta. 6. to. denique obedivit perseveranter, factus nempe obediens, usque ad mortem, mortem autem crucis, adeo quidem cui licet ferenda licet se proesus impari esse sciret, eoquod totus viribus exhaustus esset, nihilominus eam eruentis humeris suis à lictoribus impositam bajulandam prompto animo suscepit, atque incurvus et ad terram depressus sub ingenti illa crucis mole miserandum in modum

93  
ac cum immenso dolore, et cordis angustia quam-  
diu potuit incessit. Quis iam lacrymas cohibeat tanta  
Christi <sup>obedientia amore nostri</sup> sibi ob interiores oculos <sup>7 suscepta</sup>  
proponens. enim vero sub crucis pondere membra  
succumbebant, et amor salutis nostrae labescen-  
tem erigebat. Grande ligni onus ad terram au-  
deprimebat, et <sup>ardens implenda</sup> desiderium impellebat, ut <sup>9 obedientia</sup>  
pergeret, vehemens namq; fervor gratissimam Dei  
patris voluntatem exequendi, nostramq; redemptio-  
nem absolvendam adeo in eo excreverat, ut supra  
naturam, et imbecillitatem humanam cum pati co-  
geret, in tantum, ut usq; ad extremum iudicii die  
pro salute hominum sic onustus incidere non re-  
cusasset, si ita patri ejus fuisset visum, et ad illius  
cessisset honorem. Habes hinc anima mea, quod  
imiteris, quando tibi dura aut difficilia imponun-  
tur, nempe non trepide, non tarde non tepide, vel  
cum murmure, sed hilariter et ferventer cum  
Christo tibi levanda est illa crux, eamq; pro  
Dei gloria ad extremum usq; spiritum ferre  
parata esse debes. Et haec est via, qua recta ten-  
ditur in coelum.

## Documenta

Colla pars est cervix; cervicis est jugum portare, id  
autem lubenti animo prestare <sup>7</sup> obedientiam <sup>7</sup> facit  
una ex primariis <sup>7</sup> et ad perfectionem summe necessa-  
riis virtutibus. Venite clamat Sponsus, ad me om-  
nes, qui laboratis quibusvis incommodis, et onerati  
estis peccatorum sarcinam, et ego reficiam vos. Quo-  
modo vero? tollite jugum meum super vos. Non  
ait, relevabo vos onere et afflictione, sed discite  
a me sine afflictione non vivendum esse  
a me jugum portare, et Deo obedientes esse usq;  
ad mortem etiam crucis, si illa expedit, et in-  
victis requiem animabus vestris. Matth. 11

2  
Lypei, qui pendent ex collo obedientia sunt  
variae virtutes, puta humilitas, patientia, fides  
quibus ipsa munitur, et fulcitur, ut mirum  
non sit, si vir obediens loquatur victoriam, id  
est, coronam triumphi, seu regni coelestis repor-  
tet; obedientia quippe, ut ait Blosius, via pla-  
prov. 24

In inst. vit. ascet.  
Docum. 9. n. 3.

na et secura est; quicumque per eam strenue graditur  
inoffenso pede ad celestem patriam pergit, et non <sup>in futuro</sup>,  
sed etiam in presenti largam benedictionem accipiat à  
Domino, qui pro nobis factus est obediens usque ad mortem.

3. " Armatura fortium iuxta Richardum à S. Vict.  
" Sunt exempla S. Virorum eorumque virtutum. In his  
" videt quisque quales labores cordis, afflictiones, ten-  
" siones, persecutiones pertulerint, quam virili-  
" ter decertaverint, voluntates suas fregerint, ac  
" in preceptis implendis laboraverint; quanta  
" in eis fuerit vita munditia, cordis puritas, ac  
" fervor virtutum. Profecto, qui hæc exempla jugi-  
" ter ante oculos mentis posuerit, laud facile  
" otio torpescet, minus inermis aut dissolutus pe-  
" ribit.

Duo ubera tua, sicut duo hinnuli caprea  
gemelli, qui pascuntur in liliis, c. 4. v. 5.

### Commentarius

Duo ubera anima Sancta sunt gemina chari-  
tas Dei scilicet et proximi; hisce enim et se,  
et alios lactat, et pascit. Ita Philo, Hugo Card.  
Tirini et alii. Sic S. Paulus qui flagrans zelo  
Dei, et salutis animarum omnibus ubera ~~materna~~  
quasi materna exhibuit. Tanquam parvulis in  
Christo, inquit, 1. Cor. 3. Lac vobis potum dedi.

1. Cor. 3.

Cæterum pergit hic Sponsus laudare sponsam  
ut sit sensus: Gemina charitas tua Dei scili-  
cet et proximi facit te similem duobus hinnulis  
caprea gemellis propter visus perspicacitatem,  
velocitatem, et ad alta ascensum; anima enim  
per charitatem illuminatur, pedibus amoris ve-  
lociter currit viam mandatorum Dei, et sal-  
tibus contemplationis ad superna conscendit.

Additur, qui pascuntur in liliis; quia sicut  
hinnuli, qui pascuntur in liliis, id est, in  
pascuis amoenis et odoriferis foecundi fiunt,  
ita bipartita charitas anima, qua pascitur li-  
lis ~~et~~ <sup>et</sup> ~~in~~ <sup>in</sup> ~~liliis~~ <sup>liliis</sup> ~~et~~ <sup>et</sup> ~~sanctorum~~ <sup>et</sup> ~~scripturarum~~ <sup>et</sup> ~~exem-~~ <sup>et</sup> ~~plis~~ <sup>et</sup> ~~fit~~ <sup>fit</sup> ~~foecunda~~ <sup>foecunda</sup> ~~ad~~ <sup>ad</sup> ~~vicem~~ <sup>vicem</sup> ~~reddendam~~ <sup>reddendam</sup> ~~sum~~ <sup>sum</sup> ~~proximo~~ <sup>proximo</sup>.

et canonicissimis

Meditatio 50

94

Considera s. Animam devotam charitate Dei  
 Tanquam ubere lactari, nutriri, et ad magnā  
 vitā puritatem et sanctitatem efformari.  
 Haec est mamilla regum, id est, Sanctorum,  
 qua ipsi ablactati adeo fortes effecti sunt,  
 ut mundum carnem, diabolum vincere potue-  
 rint; atq; lactis eius dulcedine perfusi in-  
 ter adversa, imo inter gravissima tormenta,  
 nullum senserint dolorem; amor enim omne  
 amarum dulce et lapidum efficit. Hoc lacte  
 plenus erat S. Paulus, in cuius rei symbolū,  
 ut asserit S. Ambrosius, caput ejus à cervice re-  
 cisum pro sanguine lac fudit. Quid igitur mi-  
 rum, si ipsi despiciebatur mundus, et omnia arbi-  
 trabatur ut stercorea <sup>cum</sup> divini lactis dulce-  
 dine adeo <sup>delibutus esset</sup> abundabat. O anima mea vis  
 instar Pauli non hominum persecutiones, non  
 gravissima tormenta, non mortem ipsam refor-  
 midare, maxime autem mundum et omnes vo-  
 luptates ac divitias ejus contemnere, nec om-  
 nia reputare detrimentum prater Christum  
 prius mamillā sanctorum lacteris, oportet.  
 ama nempe Deum, ad ipsum perpetuo anhela,  
 ipsi intimè uniri affecta. Nihil siquidem  
 mentem à rebus hujus saeculi <sup>magis</sup> abstrahit, quam  
 amor Dei. Et certè proprium cordis aman-  
 tis est, ut solum magnificet, et querat, quod  
 amat, imo omnium aliorum facile oblivis-  
 citur, modo consequi possit, quod diligit. Tu  
 igitur, qui profiteris, te amare Deum, in hoc  
 solum incumbere debes, ut omnibus aliis rebus  
 hujus mundi postpositis totum te occupes in  
 illius <sup>dilectione</sup> servitio, tanto magis, cum in Deo perfec-  
 te invenire valeas, quidquid posses amare in  
 mundo. Et certè si rem pulchram amas, cur  
 Deum non diligis omnis pulchritudinis fontē?  
 Et si bonitas est obiectum voluntatis tuae,  
 quid, amabo, melius Deo? Num ignoras, quod  
 bonitas creatura catenus sit bona, quatenus par-

Isai 60.

Inc. Xti. l. 3. c. 5.

Serm. 68. et S.  
 Chrys. orat. in  
 Princ. Apost.

Accipet guttulam pelagi infiniti bonitatis immen-  
sa sui creatoris. Si itaq; amas creaturam ob ea-  
quam aliquam ejus bonitatem plurimis imper-  
fectioribus infactam, cur Deum non amas <sup>summa</sup> ~~perfectioribus~~ et infinite perfectum et  
bonum?

Considera 2. Charitatem Dei et proximi merito  
comparari Hinnulis gemellis, quia duo isti amores  
sunt pulchri, jucundi, delectabiles, et simul etiam  
gemelli, eo quod sint coeui, et ab eadem radice vi-  
delicet à divina gratia ~~et~~ <sup>singul</sup> ~~prodeant~~ <sup>prodeant</sup>

~~ita~~ ita enim conjunctus est amor proximi am-  
ori divino, ut eodem amore, quo amas Deum, ames et  
proximum; idcirco si quis dixerit, quoniam diligo  
Deum et fratrem suum odit, mendax est, ait S.

1. Jo. 21.

S. Thomas

Joannes. Siquidem amor quo diligitur Deus, et quo  
diligitur proximus est unus et idem specie actus.

Quam autem pro pulchra delectabilis, utilis, et  
jucunda sit dilectio proximi, abunde ex S. Scriptu-  
ra innotescit. Ecce quam bonum, ait David et  
quam jucundum habitare fratres in unum.

ps. 132

1. Jo. 21.

Si diligamus nos invicem, inquit S. Joannes, Deus  
in nobis manet, et charitas ejus in nobis perfec-  
ta est. Concordia fratrum, dicit etiam Sapiens,

Ecl. 25.

ta est. Probata sunt coram Deo et hominibus,  
dicit Sapiens, concordia fratrum et amor proxi-  
morum. Tantum igitur est bonum fraternae  
charitatis, ut in rebus creatis nihil pretiosius  
soleat inveniri, nihil delectabilius concupisci,

S. Chrys. hom. 32.  
in Ep. 2. ad Cor.

et nihil utilius possideri; qui enim alios dili-  
git, sicut debet, ita vivit in terra quasi esset in cae-  
lo summam semper gaudens tranquillitatem, in hoc  
enim bono charitatis omnia bona habet, et per  
eam obtinet inestimabiles thesauros pacis. O ani-  
ma mea, moveant te ad sectandam et fovendam  
dilectionem proximi tot ejus prerogativa, maxime  
autem ejus jucunditas; quis enim non vult jucun-  
de vivere, et cum letitia vitam agere? quid vero  
jucundius concordia? quid molestius discordia? Ec-  
ce omnis alia virtus sine poena exerceri nequit,  
humilitas enim, patientia, abstinencia, castitas,  
paupertas, fortitudo laborem habent; neq; enim  
sine difficultate homo se submittit, patitur in-

jurias, abstinet à voluptatibus carnis, et bonis temporalibus caret. In amore autem quæna difficultas? quis labor? An non convenit natura nostra amare, odisse vero repugnat? facilius igitur est, diligere proximum quam odisse. Quod si tamen tibi grave videtur, diligere proximum tibi infensum, cogita quod longe gravius sit, ardere in inferno: elige iam ex duobus alterum, si non amaveris, ardebis. O infelicem, o insanam mentem, qua mavult in æternum in inferno ardere, quam in hoc labili mundo perbreve tempore diligere. Ah dilige proximum etiam te odio prosequentem, et eris Dei filius, si filius <sup>eris</sup>, et coheres illius regni celestis, quo perfrueris in omnem æternitatem.

Considera 3. effectus charitatis, sicut enim hinnuli caprea visus perspicacitate præditi sunt, sic anima charitate imbuta magnas mentis illustrationes consequitur, et longe perspicacius superna intuetur, magisque discernit quæ sint facienda, et omittenda; vnde ait S. Augustinus; anima media inter Deum et creaturas posita conversione ad Deum illuminatur, melioratur et perficitur; conversione ad creaturas obtenebratur, deterioratur et corrumpitur. Præterea hinnuli velociter currunt et ardua ac prærupta transiliunt; sic anima, quæ charitatem habet, velociter currit viam mandatorum Dei, citò etiam subvenit ~~afflictis~~ <sup>illis</sup> omnibus, qui ejus ope indigent: ~~Deinde~~ <sup>nec non</sup> ~~transiunt~~ <sup>superat</sup> omnia obstacula hujus mundi, superatq; omnes salutis difficultates. Deniq; sicut hinnuli caprea semper alta petunt, sic anima amore sponsi celestis inardescens ad superna per contemplationem se sublevat, ut possit dicere: conversionis nostra in coelis est. Ah quis capiat quantâ felicitate et animi pace tunc fruatur hujusmodi anima; habet enim omnia in omnibus, quia uni adhæret, in quo sunt omnia. Si vult divitias? gloria et divitiæ in domo ejus. ps. III. Si sapientiam? in eo sunt omnes thesauri sa-

ap. b. c. 13

opus. b. c. 13

Philip. 3.

col. 2

finit. b. c. 13  
amas carnis  
talem p. m.  
dum non car  
finit. p. m.  
Dei et p. m.  
quia dicitur  
abile et p. m.  
ad eam dicitur  
simul p. m.  
est amor p. m.  
us amas dicitur  
carit. quæritur  
merita est  
dicitur dicitur  
idem p. m.  
electabilis p. m.  
abundat et dicitur  
um ait dicitur  
trahes in omni  
ut dicitur  
ius in nobis  
et dicitur  
Deo et bono  
et amor  
bonum p. m.  
nihil p. m.  
bilis in  
in eis p. m.  
ora quæritur  
aguitur  
na h. c. 13  
uros p. m.  
da et dicitur  
rogat  
im non p. m.  
age  
his dicitur  
a carnis  
sticis  
habet  
nitur

Ps. 138.

Matth. 13.

Sap. 16.

Ps. 35.

pietatis absconditi. Si honores: nimis honora-  
ti sunt amici ejus. Si delectat pulchritudo:  
fulgebunt justi sicut sol in conspectu Dei.  
Si vitam cupit aeternam: justus in perpetuum  
vivet. Si sanctam ebrietatem: inebri-  
entur ab ubertate domus Dei. Si castam  
voluptatem: fonte voluptatis suae potabit  
eos Dominus. Vide iam anima mea quanta  
excellentiâ ac dignitatibus sit charitas, ea  
qua nempe tot et tanta bona promanant.  
Hac jam seriâ mente perpende, et in te tantum  
divini amoris incendium excitare satage, ut  
sicut ferrum in ardenti fornaci immissum in  
totum in ignem conversum esse videtur, sic  
et tu tota transformeris in Deum.

### Documenta.

1. Licet duo amores Dei scilicet et proximi  
sint gemelli, quia tempore coeui, naturâ ta-  
men prior est dilectio Dei, quia ut ait S.  
Thomas, ratio diligendi proximum est Deus  
sive ejus dilectio, inde fit, ut quò magis à  
Dei dilectione recedimus, eò magis à proxi-  
mi amore elongemur, quantum vero chari-  
tati Dei adhaeremus, tantum et proximo con-  
jungimur.
2. Anima pia merito comparari potest hinnu-  
lis, qui ad lac currunt; hoc enim apud se par-  
vula est, id est, humilis et ideo lac gratia  
quirit. Et quia ad hoc lac indefinenter cur-  
rit, eo etiam reficitur, ac tanta eius reple-  
tur dulcedine, ut illius abundantia alio-  
rum inopiâ supplere sufficiat.
3. » Beata Virgo, ut ait Richardus à S. Vict. ha-  
» bet duo ubera gemina dilectionis lac funden-  
» tia, quia reis impetrat veniam, justis gratia  
» Hinnulorum autem velocitati comparatur, quia  
» velocius occurrit ejus pietas, quam invocetur,  
» et causas miserorum anticipat; Hinnulis vero  
» comparatur, quia dulcedinem bonitatis, quâ im-  
» pendit ipsa desuper sugit; adeo verò replentur  
» ubera ejus, ut alicujus miseriae notitiâ tacta lac fundat  
» misericordiam, nec possit miseriae scire, et non subvenire.

7 pietate

96  
Donec aspiret dies, et inclinentur  
umbrae vadā ad montē mirrhā,  
et ad collem thuris. c. 4. v. 6.

### Detractionis Commentarius

Jam supra ad cap. 1. v. 3. adnotavimus, fre-  
quentem esse apud hebraeos numerorum muta-  
tionem, ut pro singulari pluralis, et vicissim  
pro plurali singularis ponatur. Præterea apud  
eosdem hebraeos non minus crebra est tempo-  
rum mutatio, ut pro presentis, aut imperativo  
futurum aut etiam præteritum usurpent. De  
quo consule Ferrarium & præfat. in psalm.  
c. 4. Hinc est, quod verbum vadā hic  
sumi debeat, ac si dictum fuisset: eamus; cau-  
daverat enim sponsus sponsam ob geminam  
charitatem Dei et proximi, nunc ne in ea de-  
ficiat, eam ad se vocat, invitatur, ut secum  
vadat ad montem mirrhā, et ad collem thuris.  
Sensus autem iste est: Donec aspiret dies ater-  
nitatis, et inclinentur umbrae hujus mortali-  
tatis, eamus, v. sponsa ad altissimum mir-  
rhā mortificationis, tribulationis et afflictio-  
nis montem tum etiam ad collem thuris, id  
est, orationis, et contemplationis conscendamus.  
Meum hoc omne studium fuit, velim sit etiā  
vuum.

Cornel. à Lap.  
Terri. hic.

### Meditatio si.

Considera 1. Prius eundem esse ad montem  
mirrhā, antequam collem thuris ascendamus;  
mortificatio liquidem orationem et contem-  
plationem prius præcedere debet. Quem enim  
docebit Deus sapientiam, et mysteriarum suo-  
rum arcana, atq; sibi intimè conjunget? nonne  
ablactatos à lacte, avulsos ab uberibus, nem-  
pe eos, qui se illius amore à mundi deliciis  
ac voluntatibus atq; à carnalibus desideriis,  
qua militat adversus animam abstrahunt.  
Ut enim Deus cum suis spiritualibus conso-  
lationibus ac celestibus donis animam in-  
grediatur, prius vult, ut plenā pace et quie-  
te, summas tranquillitate potiatur; quia

Isai. 28.

factus est in pace locus ejus. Verum sicut  
 bello paratur pax, sic mentis pax et tranquil-  
 litas tunc solum in nobis invenietur, postquam  
 adversus cupiditates pravas decertaverimus, eas ni-  
 mirum mortificando, domando, et penitus extir-  
 pando, siquidem passiones nostra, appetitus et  
 propensiones inordinatae, quae in nobis viget,  
 animum nostrum inquietant, ac perturbant,  
 nec sinunt, ut orationi, aut etiam contempla-  
 tioni, ubi pax est, incumbamus, tandemque the-  
 pitum ac tumultum in mente ciunt, ut à sua-  
 vi hoc somno nos ita identidem excitent, aut  
 ut rectius dicam, ad illum nos pervenire non  
 permittant. Sicut igitur prius Jacob  
 vocatus est Jacob, id est, Supplantator, ante  
 quam nuncuparetur Israel, id est, videat  
 Deum, sic pariter Deum intueri, ac dulci con-  
 templationis somno frui non poterimus, ante-  
 quam vitia, ac inordinatos appetitus, passio-  
 nesque, supplantaverimus. O anima mea  
 si ad delicosum, et amoenum collem thuris  
 ascendere cupis, prius mortificia per quali-  
 tatem suam, exerce te in operibus humilita-  
 tis, discere vincere te ipsum, amplectere patien-  
 tiam, laborum tolerantiam, abstinentiam à  
 carnalibus desideriis. Et hoc tibi persuade,  
 te nunquam ad solidam ac sublimem con-  
 templationem perventuram, nisi animus  
 tuus nudus et exutus fuerit ab omnibus  
 vis, quae sunt sub coelo, ac ita rapta fueris  
 in Deum, ut facias te ipsam penitus abdicare  
 propter Deum.

Consequenter 2. quod sicut oratio mentalis et  
 contemplatio sine mortificatione sterilis est,  
 et infructuosa; sic vicissim mortificatio sine  
 oratione est insignis et horrida. Mortifica-  
 tio namque, fulcitur oratione, et oratio condi-  
 tur mortificatione. Quapropter anima quae  
 ad montem mirrae ascendit, mox ad collem  
thuris se conferre debet. Oratio enim monte  
 mortificatam sustollit ad Deum, ab eoque coele-  
 stes amores, sensus, et spiritus haurit, quo fit,

97  
ut anima huiusmodi magnam pulchritudinem  
ac formositatem consequatur; unde Sponsus  
coelestis post illa verba: vadam ad montem mir-  
rha et ad collem thuris, mox subjungit: to-  
ta pulchra es amica mea, et macula non est in  
te; quia ubicunq; oratio mirrha mortifica-  
tionis conjuncta fuerit, confestim anima effici-  
tur pulchra pura et immaculata. Jure vota  
pulchra vocatur et sine macula inquit Gilber-  
tus Abbas, quam orationis arbor incanduit.  
De qua dicitur: in meditatione mea exardescet  
ignis. O anima fidelis, si cupis constanter  
ac perseveranter refrenare cupiditates tuas et  
mentem tuam abstrahere ab omnibus desideriis  
terranis, frequenter ascende collem thuris in-  
siste nempe crebris meditationibus; ex ea-  
rum enim assiduitate, ut ait S. Laurentius  
Justin. Stabilitur mens, purgantur cogitatio-  
nes, solitudo sapit, dulcescit Deus, ingenium  
acuitur, illustratur ratio, desipit mundus.  
Quod si nequeas cum S. Joanne sublimia  
contemplari proinde cum Maria Magdalana  
ad pedes Jesu, et corde contrito pedes tuo-  
rum veniam peccatorum, quibus dum toties  
offendisti. Si non vales cum S. Paulo ad ter-  
tium coelum evolare, mane cum eo apud  
Jesum crucifixum, non in carne gloriamdo,  
sed carne cum vitiis et concupiscentiis, cru-  
cifigendo. Si non potes cum cervis id est,  
viris perfectis excelsos contemplationis mon-  
tes scandere, ingredi petram cum Erina-  
ciiis, ut ibi spinas peccatorum reliquas. Si  
non habes alas aquila volantis ad sidera,  
habeas pennas simplicitatis columba nidificantis  
in maceria, nempe meditando sacrosancta  
Jesu Christi vulnera.

form 29  
in cant.

ps 38

de casto conuulic. 22.

Considera 3. Quilibet anima fidelis, qua  
cupit ad vitam pervenire aeternam, ad quam  
à Deo creata est, omnino necesse esse, ut  
perseveranter usq; ad mortem ascendat ad  
montem mirrha et ad collem thuris, nempe  
donec aspiret dies aeternitatis, et inclin-  
tur umbra huius mortalitatis; neq; enim  
magnum est, inchoare, quod bonum, inquit

S. Augustinus, at consummare hoc solū per-  
fectum est. Non quaruntur initia ait  
etiam S. Hieronymus, sed finis. Paulus  
malè coepit, sed bene finivit. Iudae lau-  
dantur exordia, sed finis proditione dam-  
nati. Unde parū prodest, bene incho-  
asse, si bene non perficiamus. quia ne-  
quaquam incipientibus, sed perseveran-  
tibus promittitur primum et corona. Qui  
perseveraverit usq; in finem, hic salvus  
erit. In Summitate Scala, non autem  
in ejus principio vel medio vidit Jacob  
Dominum, ut hinc disceremus, ait S.  
Hieronymus, Satis non esse bene incipere,  
si non perseveremus, et consummemus.  
Multi contempserunt voluptates mundi,  
et refrenarunt peccatas cupiditates suas,  
sed quia sunt reversi retro instar uxo-  
ris Loth, respicientes post Sodomam,  
reprobi facti sunt, et nunc ardent in in-  
ferno; nemo enim mittens manum suā  
ad aratrum, et respiciens retro, aptus est  
regno Dei. Vide iam anima mea,  
quanti momenti sit, ut perseveres in bo-  
no, maxime autem in exercitio mortifica-  
tionis et orationis. Donec aspiret dies  
eternitatis, et inclinentur umbra hujus  
mortalitatis. Cave proinde, ne tibi ali-  
quando exprobetur, quod Apostolus suis  
Galatis exprobravit: Sic stulti estis, ut  
cum spiritu ceperitis nunc carne confun-  
dmini. Quid enim tibi proderit, si hodie  
mortificationis studium arripueris, eras  
vero inordinatis appetitibus suis laxa-  
veris habenam? Quatuor illa animalia  
Apocalypicos nunquam quiescebant, sic nec  
tu quiescas, donec usq; in finem perficias  
sancta proposita tua. Si constanter in abne-  
gatione, ac mortificatione tui perseverave-  
ris, nec ab hoc sancto opere defeceris, pro-  
fecto pervenies ad perfectam cum Deo  
unionem vel adhuc in hac vita, vel sal-  
tem in altera.

Matth. 10

In Epist. ad Turiam  
Vid.

~~ix Epist. ad Turiam~~  
Turiam

Luc. 9.

Gal. 3.

## Documenta

Si Deus praecepit, ut lapidetur bestia quae  
montem attigerit, quomodo non lapida-  
bitur ille, qui ascendere audabit ad <sup>colle</sup> ~~montem~~ <sup>thuris</sup>,  
tam, id est, contemplationis, adhuc instar  
bestiae subditus passionibus sensualibus. Exod. 18

Mortificatio collocatur in monte, quia  
multo ardua videtur, oratio vero in colla  
quia facilior et suavior. Ceterum morti-  
ficationis studium nobis proculdubio fa-  
cile apparebit, si cum Christo montem  
mirrae, id est calvariae, quemadmodum  
multi S. Patres interpretantur, ascenda-  
mus; quis enim contemplant, crucem, cla-  
vos, lanceam, spinas, plagas, vulnera, inju-  
rias, opprobria, quae Christus pro nobis per-  
pessus est, et refugiat mirram mortifica-  
tionis?

Nyssen. Theodor.  
Rupert. C.

Beata Virgo Xrum crucem bajulantem  
in montem calvariae comitans merito di-  
cebat: Vadam ad montem mirrae. Idem  
fecit per omnem deinceps vitam, assidue  
monte obiens montem calvariae. Idem  
etiam facere debemus, si ardemus desi-  
derio perfectionis nostrae; anima liqui-  
dem multum perficitur, dum Christum  
crucifixum coram contemplatur, ac per  
mortificationem ac passionum tolerantiam  
eum imitatur.

Tota pulchra es amica mea  
et macula non est in te. c. 4. v. 7.

### Commentarius

Anima quae ascendit in montem mirrae  
et in collem thuris magnam consequitur  
pulchritudinem, ut supra iam diximus. Unde  
post talem ascensum merito subdit  
sponsus: tota pulchra es amica mea, quia  
per quam mortificationem et orationem  
et seu contemplationem abigis à te quid.

quid foedum est a deo, ~~de~~ ut in te non  
inueniatur voluntarii alicuius peccati  
maecula.

## Meditatio 52.

Considera 2. Quod pulchritudo<sup>fulis</sup> res sit, quam  
omnes labere cupiunt; nullus enim est qui  
pulcher dici et esse non desideret, sicut è  
converso nemo est qui non abhorreat à de-  
formitate. At valde deplorandum est quod  
pleriq; homines de pulchritudine corporis  
dumtaxat sint solliciti, pulchritudinem autem  
animae parùm curent; Quasi verò hæc anima  
pulchritudo non magis prætareet pulchritudi-  
ni corporeæ quam distat coelum à terra.  
Quasi verò hæc sola et unica non foret per  
quam placemus Deo, et coram eo gratiam  
inuenimus, amoremq; ejus ad nos attrahimus.  
Tolle pulchritudinem animae ab homine, et  
adde ei tot gradus formositatis corporeæ,  
quot sunt atomi in aere: quid erit huius-  
modi homo coram Deo? Turpitudò deforma-  
tas, abominatio. Contra verò adime homi-  
nem omnem corporis pulchritudinem, et ad  
confer ei tantum unum gradum gratiæ  
divinæ. Et ecce talis<sup>homo</sup>, tam Deo placebit adeo  
quidem, ut ad oscula et amplexus ejus ad-  
mitti mereatur. Jam quærò à te o Christia-  
na anima, quidnam sit melius, an placere Deo, an  
vero hominibus? Dices utiq; Deo, omnes enim  
homines, imò omnes creaturas, ut ut præstan-  
tes nobis videantur, ad Deum comparatæ  
sunt nihilum et inanequid. Cur igitur ma-  
jorem curam non impendis, ut te ipsam gratiâ  
et charitate ornes, quatenus à Deo, qui nec  
pro bonitate fallere, nec pro sapientia fel-  
ci potest, eam laudem consequaris, quam spes-  
sa audire meruit: tota pulchra es amica  
mea. Vide, quæ te dementia teneat! nosti  
quod omnia tua felicitas ex eo dependat,  
ut Deo placeas; et tamen pulchritudinem  
tuâ interiùrâ per quam ei magis ac magis pla-  
cere possis, habere negligis. Ah utinam  
aliquando sapires, et ad charitatem Dei red-

mentius anhelares, ut per eam pulchra effi-  
ci et gratia Dei tibi conciliare valeas.  
Hoc enim tibi innumeris nominibus magis  
proderit, quam si omnes mundi thesauros  
cunctasq; ejus voluptates et gaudia, et ho-  
nores adipiscaris.

O Domine Deus  
o simplicissimum et jucundissimum bonum,  
quando te unice diligam quando tibi te-  
nacissime inharebo. O desiderabile princi-  
pium meum, quando in te revertar et  
pro amore in te diffuam! Eia Domine  
miserere mei pauperrimi exulis, miserere  
mei vilissimi peccatoris, illumina me in-  
flamma me, accende et panitus concrema igne  
amoris tui, ut tibi unice placere possim.

Considera 2. Sponsam vocari totam pulchra,  
eo quod nulla in ea esset macula. Solum gravio-  
ris culpa seu peccati mortiferi, quod dumta-  
xat animam reddit deformem ac deo exofam;  
nam sicut, qui adheret Deo pro quo nihil pulchrius;  
unus fit spiritus cum eo, ac consequenter mi-  
ram pulchritudinem adipiscitur, sic e contra-  
rio, qui adheret diabolo pro quo nihil abomina-  
bilius; unus etiam efficitur spiritus cum illo,  
ac proinde tam abominandum, et horrendum  
monstrum evadit, ut juxta S. Catharinam Ge-  
nuensem si possibile foret, animam divinam orba-  
tam gratia ac peccato contamulatam oculis  
cernere, nullus ambigere debeat, quin hujusmodi  
animae solus aspectus homini intuente confestim  
vitam eriperet; adeo namq; turpis et invisa  
est talis anima abominata, ut nullus in-  
tellectus licet perspicacissimus id comprehen-  
dere, nedum lingua quamvis disertissima ulli  
eloqui possit rationes. Quod si tanta abo-  
minatio vel ex uno peccato mortali provenit,  
in qua, obfero, miserando statu versabitur ani-  
ma non uno dumtaxat, sed plurimis peccatis  
mortiferis <sup>conquinata</sup> Deoq; inimica? Quis sa-  
tis explicet, quam <sup>foeda</sup> quam abominanda, ac  
foetens illa sit in oculis divinis? Vide iam ani-  
ma fidelis, quantum mortale peccatum horrere  
debas, quod hominem adeo foedum, et abomina-  
bilem reddit, uno cum in ipsum demonem trans-  
format. quemadmodum Christus de Juda apos-  
tata dixit: unus ex vobis diabolus est. Hinc

7 mortali

Jo. 6.

est quod si ex una parte mare igneum ebulliret, et ex altera staret mortiferum peccatum, remo foret, si saltem sapere, quin protinus celeri saltu se in hoc igneum mare proiceret, mallatq; ignitis innatare fluctibus, nullā in littus evadendi habitā sollicitudinē, ne ab infami hoc monstro coriperetur. Et tu pro dolor! quot mortalia hactenus perpetrasti peccata, adeo ut biberis iniquitatem sicut aquam. Heu me Christe Jesu, quoties spre-  
vi te, conculcavi te, crucifixi te! et propterea abominabilis facta est anima mea in oculis tuis, sed tamen dolerasti me lacuisti, et misericorditer me expectasti ad penitentiam. O amor infinite quomodo amplius te offenda. Potius inferni poenas patiar, quam ut in posterum tam horrendū, et abominabile peccatum admittam.

Job. 15

et custodit  
et absq; specialissima gratia

et justitia Deo serviat

Ecl. 19

Considera 3. Animam verē totam pulchritudine, qua non solum conscientiam à culpa mortali, sed etiam ab omni peccato veniali mundam ~~habet~~. Et quamquam anima dum à Domino in hoc mortali corpore peregrina natur, <sup>nequeat</sup> ~~impropria~~ <sup>habere</sup> fit, usq; ad mortem vitam omnis peccati etiam venialis experiri ducere ~~quod~~. Fatendum tamen est, quod saltem per aliquod tempus, et interruptis intervallis ab omni prorsus peccato immunis esse possit. Et ad hanc immaculatam vitam integritatem qualibet anima, qua à Deo creata est, ut <sup>in sanctitate</sup> ~~in immunitate~~ <sup>servetur</sup> ~~servetur~~, et Christo per omnia similes effici possit, pro viribus admitti debet. Sed heu summe deplenda venit multorum coecitas, quippe qui peccata venialia, cō quod mortem anima non inferant, parum curant, existimantes, satis esse, si à peccatis mortalibus sibi caveant. Verum scire debent quod venialia disponant ad mortalia, ac consequenter ad anima interitum; siquidem à minimis incipiunt, qui in magna prorumpunt et qui modice spernit, paulatim decidat. Præterea licet peccatum veniale intuitu mortalis, quasi pro nihilo

160  
reputari possit, negari tamen nequit, quin in  
se sit grande malum, eo quod per illud offenda-  
tur infinita ac imensa Majestas, quam vel in  
minimo offendisse, majus est malum, quam omnia  
supplicia ac mala poena, quae alicui creaturae  
inferri possent. Ah vae tempori illi, o mi  
Deus, quo te vel leviter offendi! Ah quam incon-  
siderate, quam stulte egi, dum vel per incuriam,  
negligentiam, intemperantiam, inobediantiam,  
laxitates, irreverentias, ac sensuum meorum  
immoderantiam venialiter peccavi: et sic peccato  
mortali viam stravi. O Deus meus doleo, quod  
etiam in minimo Majestati tuae displicuerim!  
quod te unquam venialiter offenderim! Ah quam  
merito singularis illius protectionis, quam ser-  
vis tuis, ut à graviore lapsu praeferentur, largi-  
ris, me indignum reddidi. Sed iam propono me  
emendare; fugiam à noxa veniali, sicut à facie  
colubri, sicut à morte ipsa, sicut ab igne infernali.  
Confirma me Deus in hoc s. proposito.

### Documenta

Tota pulchra es, ait Sponsus coelestis ad animam  
Sanctam, quo Super Didacus Stella ita ait: Illa  
est vera pulchritudo, quam neq; morbi, neq; mors  
potest adimere. Pulchritudo corporis est brevis,  
momentanea, corruptibilis, anima vero perennis.  
Quanto pulchrius est coelum, et terra, tantum  
pulchritudo anima antea quodecumq; aliud in  
mundo pulchrum. Si admirabilem ejus pulchri-  
tudinem oculis videremus corporalibus, omnem  
aliam quaecumq; pulchritudinem haberemus derisum.

Tanta est anima in Dei gratia et amicitia  
constituta pulchritudo, ut una causarum, propter  
quas Deus nolit animas nostras suam gratiam ador-  
natas videre, sit periculum vana gloria, ne sci-  
liet nos tanta pulchritudinis esse contuentes plus  
aquo erigamur, semel enim viso decore anima  
nostrae adeo in ipsius amore caperemur, ac in  
tantam admirationem pro ejus mira specie ra-  
peremur, ut ~~pro~~ <sup>si</sup> corpora, <sup>si</sup> necessarium  
nutrimentum dare negligeremus.

Vis semper pulcher esse. Lava animam tuam  
aqua poenitentiae, et lacrymarum, castiga corpus  
tuum, afflige illud jejunis, vigiliis, et orationibus,

part. 1. c. 39

Sis licet modo senex, infirmus, turpis, ac omni  
venustate orbatus; si tamen virtutibus ani-  
mam tuam exolueris, resurges juvenis, sanus  
candidus, et Angeli instar speciosus.

Veni de Libano sponsa mea, veni de  
Libano, veni: Coronaberis de capite  
Amana de vertice Sanir et Hermon,  
de cubilibus Leonum, de montibus pardorum. v. 8  
Commentarius.

Nota. Libanus, juxta Glossam interlinearem  
Hugonem Card: et alios, interpretatur candor  
virtutum. Amana vero idem est ac nutrix,  
denotatq; concupiscentiam carnis, nutrit enim  
carnem concupiscentia gula. Sanir, id est, ite-  
ratio novalis notat avaritiam, avaritia enim  
novis agris, et opibus aggregandis inhiat. Her-  
mon quod interpretatur destructio et anathema  
Superbiam vitam indicat; Superbia enim omne  
bonum destruit, cum sit origo omnium malo-  
rum. Vid. Cornel. à lap. k. Cubilia autem  
Leonum, id est, demonum, sunt immunda  
cogitationes, ait Honorius, et montes par-  
dorum sunt falsi fratres, qui fument ne-  
quitiam. Ceterum videtur hic Sponsus  
coelestis excitare quamlibet animam ut  
debellatis vitiis magis proficiat in virtuti-  
bus, proposito sponsa exemplo, quae ad coeles-  
tem coronam hunc primum evocatur postquam  
candore virtutum enituit, et de vitiis tri-  
umphum reportavit. Sensus proinde est:  
Veni sponsa mea, veni de candore charita-  
tis exterarumq; virtutum, quibus tota pul-  
chra effecta es; veni coronaberis de domita  
concupiscentia carnis, avaritia, superbia ob-  
scissis etiam à te immundis cogitationibus,  
quae sunt cubilia demonum, et per patien-  
tiam superatam nequitiam falsorum fratrum.

### Meditatio 53.

Considera 1. Non esse hominem Christianum,  
qui aternaliter beatus esse non desiderat,  
sed non omnes apprehendunt media, quibus

eternam beatitudinem sibi comparare possint;  
 cum quam multi inveniuntur, qui vitia ex-  
 tirpare, et virtutes animae inferere negligunt  
 quo fit, ut desideratam felicitatem frustentur;  
 Neque enim estimandum est, sola fides in Chris-  
 tum, ~~quod perperam dicitur~~, nos salvan-  
 dos fore; fides enim sine bonis operibus seu  
 virtutibus mortua est; ~~et quomodo~~ unde ait  
 apostolus, nisi quis legitime et non coronabi-  
 tur, nisi qui legitime certaverit, hoc est, nisi do-  
 matis vitis, virtutes eius oppositas exerceverit.  
 Qui igitur sic desiderant, an in tuto sit sa-  
 lus ipsorum collocata, solummodo attendere  
 debent, an contra vitia sua ac depravatam  
 naturam egregie certent, si enim suis inordi-  
 natis appetitibus semper obediunt, ac jugiter  
 eundo post concupiscentias suas lassentur in  
 via iniquitatis, palam est, eos legitime non  
 certare; nec proinde spem vitae aeternae illos  
 habere posse. O Cocitas! o insania! Quanto  
 studio infelicissimi homines id efficitis, ut miseri  
 in aeternitate sitis? quanto minori ~~labore~~  
 labore id vobis prestare potuistis, ut semper  
 beati esse possitis? O anima mea noli imi-  
 tari has insanas mentes, sed potius instar  
 sponsae ausculta voci sponsi te de libano,  
 de cardore scilicet virtutum vocanti ad coe-  
 lestem coronam. Omnem proinde affectum  
 tuum, sollicitudinem et laborem impende,  
 ut charitatem, humilitatem, patientiam, pro-  
 pria voluntatis abnegationem aliasque virtutes  
 acquirere valcas; huiusmodi enim virtutibus  
 debetur aeterna corona. Modo es in stadio, cur-  
 rendum est; es in campo, pugnandum est: es  
 in vinea, laborandum est: es in agro, seminan-  
 dum est; non vero otio, minus voluptatibus  
 mundanis indulgendum; si enim terrena se-  
 faris, et in negotio salutis tuae torpescis, in  
 summum discrimen hanc salutem tuam con-  
 iicias. Ah mi Jesu, scio, quod, qui tecum  
 vult aeternum regnare, etiam tecum viriliter  
 agere debeat. Viriliter igitur agam, quia veniet  
 brevi una hora nota tibi, ignota mihi, qua clau-  
 dentur oculi corporis, nunquam amplius aperiendi;

2. Tim. 2

quã migrandum in domum akeritatis; et quia  
<sup>in illa</sup> hac horã cuperem, ne in hoc mortali corpore  
prius legitime certasse, ac animam meam vir-  
tutibus ornasse, id proinde nunc, dum tempus  
adhuc suppetit, faciam. Adiuva me Domine  
Deus in hoc sancto proposito.

Considera 2. Ante omnia anima, quæ in coelis  
coronari cupit, curandum esse, ut de capite Ama-  
na seu concupiscentia carnis, quæ est caput,  
sive radix multorum malorum triumphum agat,  
caro enim concupiscit adversus spiritum, atque  
ei quantum potest, obsistit. Et, quia ea, quæ  
cadunt sub sensus nos magis movent, quàm ea  
quæ sola mente intelligimus; hinc fit, ut homo  
plerumq; magis obediat, ac deserviat carni, quæ  
videtur, et tangitur, quàm spiritui, qui solo intel-  
lectu cognoscitur. Præterea homo ab adoles-  
centia sua pronus est ad malum ~~quo fit~~  
hinc tanto facilius sequitur carnis suæ appetitum  
quanto difficilius ei accidit, refrenare cupidi-  
tates suas, cõquod hæc refrenatio fieri ne-  
queat sine conflictu, à quo natura sensualis  
mollis, et infirma abhorret. Sed si per  
modicum tempus pugnare, refugimus, ergo in  
æternum perire volumus. In hoc enim  
mortali corpore, quando caro concupiscit ad-  
versus spiritum, et spiritus adversus carnem  
semper contentio est, ac proinde semper pu-  
gnandum. Aut igitur caro spiritui subdi-  
bet, aut spiritus carni. Si primum, vita nos  
manet æterna; si secundum, mors; nam, ut ait  
Apostolus: si secundum carnem vixeritis, morie-  
mini, si vero spiritu facta carnis mortificave-  
ritis, vivetis. O anima fidelis, vides, quod non  
possis vivere sine pralio, ubicunq; enim fueris, ha-  
bebis bellum, quia in te ipso fers, qui tibi contra-  
dicat. Sed cogita, quàm æquum sit, ut spiritu am-  
bules, et desideria carnis non perficias, nec unquã  
per permittas, ut caro super spiritum tuum dominium  
exerceat, cum enim spiritus longè sit nobilior  
carne, profectò contra omnem rationem militare

Rom. 8

videtur ut Spiritus subdatur carni et ejus man-  
cipium efficiatur. Si foveas corpus otio, cibo, et  
potu, et Somno, corpus quidem vincet, anima vero prohi dolor!  
opprimetur à corpore; Quod si refrenas cupidi-  
tates ejus, et animam exerceas orationibus, ac  
bonis operibus, facile opitulante divina gra-  
tia subjugabitur caro. Nonne melius est ut su-  
peret anima Spiritus Superet carnem, quò utriusq;  
simul servetur, quàm si caro vincat Spiritum, et utrumq;  
tandem aeternaliter pereat? Si amas carnem, sub-  
iice illam rationi, nec nimium illi indulgas.  
Qui amat, odit, et qui odit, amat, dicit Christus. Jo. 12  
Qui odit animam suam: sensualam nimirum: ser-  
vat eam: et qui amat eam, perdit. Ah si sapi-  
redige sensualitatem in obsequium Spiritus. Ecce enim  
brevis est conflictus, gloriosa victoria, et fe-  
licior corona. Ne fugias laborem, si vis premio  
affici. Premium autem non datur nisi certantibus.  
esto ergo fidelis usq; ad mortem, et dabo tibi co-  
ronam vitam, inquit Dominus.

Jo. 12

apoc. 2.

Considera 3. Post demitam concupiscentia car-  
nis deponendum esse inordinatum habendi appe-  
titum; Sicut enim is, qui cacumen altissimi mon-  
tis ascendere cupit, ineptissime ageret, si multis  
oneribus humeros gravaret; ita non minus stul-  
te agit, qui sublimem coelum conscendere volens,  
quarrit, quomodo bonis terrenis se onerare pos-  
sit. Et sicut viator stultus foret, si itinere  
prope iam finito de magno viatico angeretur,  
ita non minus ineptit, qui cum cras forte mori-  
turus sit, de bonis hinc accumulandis solli-  
citus est. Stulte hac nocte animam tuam  
à te repetent, inquit Christus, et qua paras-  
ti, cujus erunt? Quod si quis tanquam cuncta  
mundi bona relinquere non potest, sic ea tenet,  
et possideat, ut ab ipsis non teneatur, aut pos-  
sideatur; sint temporalia in usu, aeterna vero  
in desiderio. Et hoc est quod monet Apostolus,  
ut, qui utuntur hoc mundo, tanquam non utan-  
tur. Nihil enim vitulinus in hunc mundum,  
haud dubium, quod nec auferre quid possumus.  
Habentes autem alimenta, et quibus tegamur,  
his contenti sumus. Nam qui volunt divites fieri,  
incidunt in tentationem, et in laqueum dia-  
boli, et desideria multa inutilia et nociva, qua

Luc. 12

1. Cor. 7.

1. Tim. 6.

et qui  
corpore  
meam vi  
um seque  
Draue  
que in coeli  
capite  
caput  
inquit  
um, atque  
ia ea, que  
qua ea  
ut homo  
t carni  
i solo  
et ad  
appetitum  
re, cupit  
fieri  
Sensualis  
si per  
us, ergo  
de enim  
miserit ad  
us carum  
impar par  
i sub  
vita  
quid  
is, mori  
stificare  
quid  
fuerit  
bi vobis  
piscina  
ne magi  
domini  
et ad  
nihil

mergant homines in interitum, et perditionem. Quid enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes, insenserunt se doloribus multis. Tu autem o homo Dei hanc fugas. Sectare vero justitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Hæc sunt vere divitiæ, ad quas quarendas Christus Dominus tam serio nos adhortatus est, dicens: Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra... thesaurizate autem vobis thesauros in coelo: quasi diceret: Si vere divites esse, verosque thesauros possidere vultis, nolite vestrum desiderium, laborem ac sollicitudinem ponere in derivum, laborem ac sollicitudinem ponere in cumulandis terrenis bonis prædiorum, reddituum, domorum, pecuniarum, sed potius omne studium vestrum eò convertite, ut virtutes acquirere valeatis; istis enim comparantur bona coelestia, in quibus hominis felicitas, et gloria consistit. O anima fidelis, qua appetis bona terrena: erige te ad creatorem ait S. Augustinus. Noli dicere multum, est à me. Magis multum est à te, habere aurum, quod quaris. Aurum et si volueris, forte non habebis; Deum cum volueris, habebis; quia et antequam velis, venit ad te. En qui malis solè fructus, vitam, salutem præstat, servat tibi aliquid, quod non præstat det, nisi tibi. Quid est autem, quod tibi servat, nisi se? Pote aliquid, si melius inveneris.

Marc. 6.

7 duntaxat

in ps. 32.

Considera 4. Animam ad coelestem patriam aspirantem, omnes vires intendere debere, ut montem Hermon superet, seu Superbiam in se nunquam dominari permittat; nisi enim efficiamini sicut parvuli, ait Christus, non intrabitis in regnum coelorum: et sicut qui se exaltat, humiliabitur, sic non nisi, qui se humiliat, exaltabitur. humilibus enim Deus dat gratiam, superbis autem resistit, quia odibilis coram Deo Superbia. Eccl. Hinc est quod Deus per Psalmistam minetur: Non habitabit in medio domus mea, qui facit superbiam. Et siquidem, si quis in regno Dei est omnimoda subiectio quò ad Deum, superbus autem non vult

Matth. 18

1. Pet. 5.

Eccles. 10

ps. 100

subiici Deo, nec potest, quia subiectus est dia-  
bolo, qui est rex super omnes filios superbia.

Job. 41.

2. quia in regno Dei est omnimoda pax et  
concordia, quò ad proximum juxta illud psal-  
mi: pax multa diligentibus legem tuam. Su-  
perbus autem in pace esse naquit, sed discordat  
cum aliis: inter superbos enim semper jurgia.

ps. 118.

prov. 13

3. In regno Dei est omnimoda quietudo, quò  
ad se ipsum; quilibet enim contentus est eo,  
quod habet, superbus verò non quiescit, sed  
semper se extendit super terminos per appe-  
titum voluntatis. O anima fidelis, qua  
cupis aliquando ad Deum pervenire, ut eo  
fruaris in aeternum ab omnibus, qua redolent  
superbiam pro viribus cavere debes. Oportet,  
itaq, 1. ut humanas laudes minimè appetas,  
quemadmodum monet Christus, Dicens: attendi-  
te, ne justitiam vestram faciatis coram homi-  
nibus, ne videamini ab iis. 2. ut te ipsam  
vel opera tua nunquam extollas, laudet enim  
se alienus, et non os tuum, extraneus, et non  
labia tua, ait Salomon. 3. Ut honores et  
dignitates non ambias; quia ut inquit Chris-  
tus: quicumq, voluerit inter vos major fieri, sit  
vester minister. 4. ut alios non contempnas,  
ne damnationem Pharisai incurras, qui dica-  
bat: gratias tibi ago, Deus, quòd non sum si-  
cut ceteri hominum. 5. Ut nequiquam iudicio  
quo plus a quo inhareas, juxta monitum Salo-  
monis: Ne irritaris prudentia tua. 6. deni-  
que, ut aliis semper te subicias, et obedias;  
Sicut enim sanies ex ulcere, sic inobedientia  
ex Superbia manat, ait Hugo. Vide iam, ut  
haec omnia opitulante divina gratia adimple-  
as possis, sic enim eris grata Deo et homini-  
bus, et ad supernam felicitatem tandem per-  
veries.

Matth. 6.

Matth.

prov. 14.

Luc. 18.

prov. 3.

de 12 pabus.  
saecul.

### Documenta

In hoc versiculo ter verbum vani repetitur, 1.  
1<sup>mo</sup> ut significatur ardens desiderium Christi,  
quo optat, ut anima se vocantem sequatur,  
2<sup>do</sup> ut significantur ingentia bona futura vi-  
tae, ad qua evocatur. 3<sup>o</sup> ut significetur,  
illam evocari ad serviendu Deo per tres virtutes,  
theologicas, fidem, spem et charitate, ait S. Gre-

gorius. 24<sup>to</sup> ut significetur, ei assidue luctan-  
dum esse cum mundo, carne, et diabolo.

2. Sunt quidem immunda cogitationes cubilia  
hoc est habitatio demonum, sed tunc solum  
quando in eis delectamur, tunc enim demones  
per eas in corde nostro habitant, et quiescunt,  
at, si mox, ut oriri coeperint, eas abiciamus  
vel ad petram seu vulnera Christi allidamus,  
destruimus eorum habitationem, et sic de iis  
reportamus victoriam, quam excipiet corona  
in coelis oppido gloriosa.

3. Non solum de demonibus, sed etiam de fal-  
sis fratribus coronam nobis fabricare possumus,  
si nimirum eorum invidiam, odium per-  
secutiones, contemptus patienti animo toleremus  
juxta exemplum Davidis, qui ait: cum  
his, qui oderunt pacem eram pacificus. He

ps. 119  
Luc. 6.  
ad Rom. 12

si pro ipsis oremus, et bonum pro malo reddamus  
juxta monitum Acti: Benefacite his, qui oderunt  
vos. et Apostoli: noli vinci a malo, sed vinca  
in bono malum.

Vulnerasti cor meum Soror mea Sponsa:  
vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum,  
et in uno crine colli tui. c. 4. v. 9.

### Interpretatio Commentarius

Sponsus offert rationem, cur Sponsam ad se evocaverit, nimirum, quia ejus amore vulneratum est cor ejus. hoc est Vulnerasti, inquit, cor meum vulnere amoris Soror mea per naturam identitatem, ac voluntatis conformitatem, Sponsa per intimam charitatis unionem, in uno oculorum tuorum, id est, in una totaque intentione, qua ad me omnia refers, et mihi soli facere satagis, et in uno crine colli tui, id est, in simplici obedientia, qua te mihi obsequio plene subiicis. Oculus igitur notat intentionem et amorem, crinis vero, seu torques colli obedientiam; hae enim duo quasi duae sagittae acutae et ignitae vulnerant cor Christi, ut illud amore saucium Sponsam amantem summè redamet.

Cornel.  
a Lapetaliu

Meditatio 54

104

Job. 4

Considera 1. Quanta admiratione sit dignum, quod immensus Deus ac totius universi Dominus, sub quo curvantur, qui portant orbem, qui facit magna, et incomprehensibilia et mirabilia, quorum non est numerus, adeo diligat animam sui amantem, ut pro amoris magnitudine exclamaret; vulnerasti cor meum Soror mea. Qui obsecro fieri potest, ut misera ac inops creatura humana, qua si Dei excellentiam spectamus, longe magis ab eo distat, quam vermiculus ab Angelo? finiti enim ad infinitum nulla est proportio: in tantum Deo placere possit, ut cor ejus vulnerare amoris sufficit sauciare. ~~sufficit~~ <sup>prolept.</sup> Certè tanta Dei dignatio, tantus amor ac benignitas erga pauperem animam prorsus est incomprehensibilis, omnemq; transcendit intellectum. Ergone creatura de creatore triumphat, cumq; vulnerare potest? Ah si quis nostrum ingeminaret, cor ejus vulnerare amoris divini saucium esse, mirum profecto non esset; ~~sed~~ <sup>imo potius</sup> mirandum, quod tam pauca anima inveniuntur, qua amore divini Sponsi non langueant, cum ipse omnes creatas pulchritudines, bonitates, et quidquid amore dignum est, innumeris nominibus superet. <sup>in terris</sup> At quod ipse divinus Sponsus, Omnipotens Deus, creator coeli et terra pro nimio amore, quem gerit, erga egenam ac infimam creaturam suam q; cor suum saucium esse dicat, hoc est, quod animum nostrum in summam admirationem rapit, adeo, ut nihil nobis superesse videatur, quam ut attoniti obstupescamus, et simul defleamus insaniam multarum animarum, qua, tantum abest, ut tam pium hominum amatorem redament, <sup>quin</sup> potius cor ejus crudelibus lanceis, quas fabricant eorum delicta, vulnerare non desunt. O anima fidelis Longa fac à te tales eruentas lanceas, potius arripe sagittas amoris, ut vulneres cor illius, qui cupit amore tui sauciari. Equidem ad eum accedere, et ei velle uniri merito formidare debere, cum sit Deus tanta Majes-

Lucas  
diabolo.  
subtilia  
solim  
demores  
quiescent  
briam  
illidam  
de iis  
et corone  
de fel  
icare ppa  
adun po  
no tolere  
ait: can  
ficus. He  
eddamus  
qui oterat  
sed orate  
seosa:  
tuo:  
y v o  
ad se or  
alvati  
cor in can  
ore idca  
Sponsa  
mo oculi  
abione  
li fa  
i, i  
gatur  
uorid  
quo que  
nat cor  
ig tam

zatis, ut coram eo contremiscant. universae potes-  
tates, sed ecce frater tuus factus est, dum tuam  
naturam assumpsit, et nunc sororem suam te  
nuncupare dignatus, unde etiam pro libitu ad  
illius amplexus, et oscula rueri potes. Quid  
igitur moraris? quid cunitaris? Ecce pro te mori  
~~vult, et dicitur componis vultus~~  
et acerbas corporis plagas propter te suscipere  
voluit, ut suavia amoris a te reciperet; dilige  
ergo cum ex toto corde tuo, ut amor tuus cor il-  
lius vulnerare valeat.

Fraterna

Considera 2. Ex quo Christus carnem  
nostram assumpsit tunc qualibet anima huma-  
na soror<sup>eius</sup> esse meruit, quam conditionis prae-  
rogativam tanto verius quisque sibi attribuere  
poterit, quo magis ipsius voluntatem adimple-  
verit, ipso dicente: qui fecerit voluntatem  
Dei, hic frater meus, et soror mea et mater  
est. Et in hac voluntate adimplenda tota  
fraternitatis hujus perfectio ac felicitas con-  
sistit; parum enim nobis proderit, si Deus no-  
bis assimiletur per identitatem naturae, et nos  
ei discordemur per difformitatem voluntatis  
nostrae. Dignatur quidem Deus frater nos-  
ter esse, et ut frater nos impense diligit, sed  
etiam vult, ut cum eum tanquam summe ama-  
bilem fratrem nostrum vicissim amemus, ac  
consequenter voluntatem nostram cum ipsius  
voluntate conformemus; tota enim charitatis  
divina adimpletio, et complementum in hoc con-  
sistit, ut idem velimus, quod Deus vult, fide-  
les enim, ut ait sapiens, in dilectione acqui-  
escent ei, et ut inquit S. Hieronymus, eadem  
velle et eadem nolle, ea demum firma amici-  
tia est. Ex hac autem conformitate magna pro-  
filiunt emolumenta; nam 1.<sup>o</sup> quanto quis cum  
divina voluntate conformior et conjunctior fuerit,  
tanto erit melior et perfectior; si enim Deus  
sit omnium perfectissimus, nihilque voluntate  
ejus aut melius, aut perfectius esse possit, conse-  
quens est, quod homo, quo se magis unat, ac  
conformat cum divina voluntate, eo majorem  
bonitatem ac perfectionem. 2.<sup>o</sup> ex hac confor-  
mitate voluntatis sua cum divina, nascitur ma-  
gna animi quies et tranquillitas, qua hominem

Marc. 3.

Epist.  
Epist. ad Demet.

ante Patrem  
adipiscatur

105  
In hac <sup>uita</sup> ~~uita~~ in quodam felicitatis statu constituit, <sup>7</sup> adhuc  
cum enim omnia que fiunt in hoc mundo, ex  
Dei voluntate et dispositione ordinantur, homo  
vero in divinam voluntatem resignatus nihil  
aliud velit, quam quod Deus vult, ~~et~~ sequi-  
tur, quod talis magnam animi pacem, et qua-  
dam beatitudine perfruat, cum eius volun-  
tas semper, et in omnibus impleatur, illique  
nihil eveniat, quod non ipse velit. Huiusmodi  
igitur homo, si persecutiones, si injurias, si  
odium, si contemptum aliorum, si iacturam  
famae, honorem, opum et similia mala pa-  
tiatur, impavidum ferunt ista ruina ~~et~~  
~~calumnias~~, atque in eis cum Job animo im-  
perturbato ait: Sit nomen Domini benedic-  
tum. Ecce anima mea quam magnum sit  
bonum conformitatis voluntatis sua cum di-  
vina, per quam scilicet homo ad <sup>sublimem</sup> ~~magnum~~  
vita sanctitatem et perfectionem avehitur, ac  
simul magnam animi tranquillitatem potitur.  
Vis igitur, ut aliquando inter sanctos con-  
numereris, nec non <sup>adhuc</sup> in hoc mundo quandam  
felicitatem assequaris, alio opus non est,  
quam ut in omnibus divina voluntati re-  
conformes, sique omnia de manu Dei tran-  
quillo animo accipias, et adversa non aliter  
ac prospera lato et hilari vultu aspicias;  
siquidem haec omnia bona sunt, cum prove-  
niant a suprema illa voluntate, quae infi-  
nita bonitatis est, nosque imperse diligit ac  
proinde omnia quae videntur mala, vertere  
ravit in bonum nostrum. omnia enim coope-  
rantur in bonum iis, qui secundum propositum  
vocati sunt sancti.

Rom. c. 8.

Considera 3. Hanc conformitatem volunta-  
tis nostrae cum divina optime stabilicnda  
fore, si cum sponsa in uno oculorum nostro-  
rum, et in uno crine colli nostri cor divini  
Sponsi vulnerare satagemus, hoc est, si om-  
nia opera nostra ad eum eum, referendo ei so-  
li placere studeamus, nosque illi per omnia  
subiciamus. Oportet itaque, ut in omnibus co-  
gitationibus, verbis, et operibus nostris Dei

Coll. 3.

beneplacitum gloriam et honorem unice  
spectemus, juxta monitum Apostoli: omne  
quodcumque facitis in verbo aut in opere om-  
nia in nomine Domini Jesu Christi. Ipse  
igitur ~~et~~ Scopus et finis omnium actionum  
nost. seu actuum nostrorum esse debet. Et  
sicut jaculator, quò melius et certius metam  
attingat, oculum sinistrum ocludit, et solo  
dextero collimat, quò scilicet visus sit col-  
lectior, ac ne, hinc inde varia intuendo, spar-  
sus distrahatur, et ita à Scopo aberrat.  
Simili modo sinister oculus respectuum  
humanorum et terrenarum rerum aut pro-  
prium commodorum nobis ocludendus est,  
et dexter dumtaxat recta scilicet intentio-  
nis aperiendus, ita ut una, simplex, et to-  
ta intentio nostra ad Deum in omnibus  
recta dirigatur, ita fiet, ut scopum hunc  
inno ipsum centrum, nempe cor ejus simus  
tacturi. Id sicut sponsa, propterea ocu-  
lat sponsus divinus: vulnerasti eor meum  
soror mea in uno oculorum tuorum, dex-  
tero scilicet quia sinister, quo homines ter-  
reni sinistre temporalia intueri, et in ea  
ferri solent, omnino clausus erat. O  
anima fidelis, si sapis, insiste vestigiis sponse,  
clauda cum ipsa sinistram oculum omnibus  
rebus, quae sunt in terra, et à Deo abducunt,  
dexterumque unice fige in ipsum divinum spon-  
sum, adeo ut ipsi soli in omnibus actionibus,  
studis, ac desideriis tuis placere satagas; ita  
enim thesauros meritorum Deo magis ac ma-  
gis unieris, ac thesauros meritorum coacerva-  
bis, tantoque majorem gloriam in oculis obtinebis.  
~~meritis~~

### Documenta.

1.  
De pass. Dom.

Per carnale vulnus, inquit S. Bernardus, quod  
Christus in cruce accepit in latere, vulnus spiritua-  
le ostenditur, et hoc fortasse significatur, dum,

hic dicitur; vulnerasti. Vtriusq; enim vulneris  
ipsa Soror et Sponsa causa est, ac si Sponsus aper-  
te diceret: quia zelo amoris tui vulnerasti  
me, lancea quoq; militis vulneratus sum.

Magna dignitas, imo magnum bonū anima <sup>2</sup>  
humana obvenit, Deum fratrem habere, et ipsa <sup>q</sup> dum ~~est~~ illa  
soror ejus esse meruit, tunc enim simul coha-  
res regni coelestis effecta est modo tamen mori-  
bus ejus non discordet sed potius huicq; fratri  
imitari, et pro viribus voluntatem ejus im-  
plere studeat.

Cum habemus oculum sinistram, id est, cogi- <sup>3</sup>  
tationem, desiderium, et affectum ad haec bona  
temporalia, habeamus quoq; oculum dextrum  
nempc amorem bonorum coelestium, et spiri-  
tualium. Ideo si per sagittam orationis su-  
pernam metam petere volumus, necessarium  
est, ut oculus sinister claudatur, id est, depu-  
retur imaginatio mens et cor nostrum ab  
affectu et applicatione, seu cogitatione  
harum rerum terrenarum, quatenus oculus  
dexter tanto magis in Deum dirigat;  
ipsiq; conjungi possit:

Omnes capilli Sponsae seu anima perfecta ad <sup>4</sup>  
collum, ubi est jugum obedientiae reducuntur,  
et in unum crinem veluti constringuntur.  
Vnus crinis in collo unitas est cordium et  
cogitationum, quae suave jugum obedientiae in  
unum colligit, et ita indissolubiliter constringit,  
ut anima sancta nihil cogitet, nihilq; velit,  
nisi quod Deus vult.

Quam pulchra sunt mammae tuae, soror  
mea Sponsa pulchriora sunt ubera tua  
vino, et odor unguentorum tuorum  
super omnia aromata C. 4. v. 10

Comendatio Sponsae

Sponsus ut Sponsam fortius ad se attrahat, pergit  
in comendatione ipsius, ac specialiter extollit  
ejus pietatem et misericordiam Sensus providens  
est: Soror mea Sponsa dilecta, quia oculo tuo  
recta in cor meum collimas, meq; unice diligis,

Richard. a. s. v. hic

inda provenerunt tibi ubera misericordiae et pietatis, quae mihi magis placent, quam vinum, id est, rigor, seu zelus justitiae, sed ab odor virtutum tuarum me magis recreat, quam omne incensum alioquin summe odoriferum.

### Meditatio 55

Considera 1. quod anima dicatur habere ubera pietatis et compassionis, quae novit flere cum flentibus, infirmari cum infirmis, uri cum scandalizatis, quae laborantibus corporum necessitate, ac in tentatione vel quadam anima angustia positus opem, consolationem, orationem, et id genus alia impendit. Talis anima Deo placet, quia habet charitatem, per quam operit peccata sua et afficitur munda: Dumq; misericordiam aliis impertit ipsa misericordiam et gratiam apud Deum <sup>invenit</sup> ~~consequitur~~. Unde Job dicit: Visitans speciem suam non peccabis. Species nostra proximus noster est, quem cum in visceribus pietatis et misericordiae visitamus, non peccamus, id est, a peccato immunes efficiuntur. O anima fidelis, stude erga omnes habere ubera pietatis, ac omnibus, quantum in te est, benevolentiam, favores, beneficia impende, promptaq; voluntate iis subveni, qui tua opera indigent, ac potissimum illis, qui te oderunt, vel divexant, cor, faciem, verba amabilia exhibe, non nec non preces pro eis ad Deum funde, quam admodum ipse Christus monet, dicens: dilige te inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, et orate pro persecutantibus et calumnantibus vos. Adhuc erga quoslibet tentatos afflictos, et necessitate aliqua pressos gere viscera misericordiae et compassionis plena. Neminem cum dedignatione aspernas, aut contemnas, sed potius sicut afflictis ita et peccantibus piam compassionem ac comiserationem impende. Ingemisce propter ignorantiam, et coecitatem humanam. Veniat tibi in mentem

Job. 9.

Richard. a. s.  
hic. hic

Matt. 9.

quanta sit diaboli tentantis malignitas, atq;  
infestatio, et hominis tentati infirmitas ac  
corruptio. Profecto si diligenter considerave-  
ris, quam <sup>multos</sup> vitis ac defectibus tam <sup>mentis</sup> ~~animae~~  
quam corporis abundaveris, vel adhuc abundes,  
et quam longe absis à puritate, sanctitate et justitia, nec non  
à fidelitate, quam Deo tuo debes, equani-  
mius onera et imperfectiones aliorum suppor-  
tabis.

Considera 2. Merito comendari Sponsam,  
qua per pietatem, et compassionem à peccatis  
mundatur, et simul meritis ornatur, cujus  
proinde viscera meliora sunt vino seu  
Zelo justitiæ, sicut enim oleum ceteris liquo-  
ribus supernatat, et splendorem suum praefert,  
ita misericordia superexaltat ~~justitiam~~  
justitiã, atq; praefertur; non quod justitiæ  
zelus omnino sit omittendus, quod absit. Si-  
quidem ex zelo justitiæ saepe sapius correptio  
fraterna exerceri debet. Licet enim, ut ait  
S. Gregorius, vera justitia compassionem ~~habet~~  
habeat; falsa vero justitia dedignationem, nihi-  
lomius justis solent rectè peccatoribus dedigna-  
ri, seu irasci, quia absi foris increpationes  
per disciplinam exaggerant, intus tamen dul-  
cedinem per charitatem servant. Proponunt  
sibi in animo ipsos plerumq; quos corri-  
gunt, quod dum agunt, custodiunt per dis-  
ciplinam errantes, et per humilitatem semet-  
ipsos. Quapropter c anima Christiana si  
tibi aliquando irascendum est, ut peccatorem  
corrigas, et castiges, irascere sine felle, sine  
odio. Sic persequere peccatum in homine,  
ut tamen propter peccatum, quod homo com-  
misit, non oderis hominem, quem Deus fecit.  
David quidem ait: nonne qui oderunt te Do-  
mine oderam, et super inimicos tuos labore-  
bam? Sed mox subdit: perfecto odio oderam  
illos. Quid est, inquit S. Augustinus, perfe-  
cto odio oderam illos? nisi, oderam in illis  
iniquitates eorum et diligebam conditionem  
tuam. Odio igitur habe culpam non naturã;

hom. 34. in Evang.

ps. 138

S. Aug. in h. l.

Si enim odisti hominem, perditus es, quia extra  
charitatem vivis, et non poteris salutem conse-  
qui, nisi deposito odio sanctam dilectionem resu-  
mas; nam ut Joannes Apostolus ait: qui non  
1. Jo. 3. diligit mare in morte. omnino talis mare in  
morte, quia charitas vita animae est, et Deus cha-  
ritas est.

apud Harph.  
Theol. myst. l. 1.

Lib. 1. imit.  
Christ. c. 25.

Epist. 42  
ad Max.

Considera 3. Quod sicut vitia nos reddunt Deo,  
et hominibus odibiles, ita vicissim virtutes,  
nos efficiant Deo et hominibus amabiles, un-  
de non immerito suavi unguentorum odori com-  
parantur, quippe, quae instar thuris lucidissi-  
mi redolent, illosq; summe recreant, qui eas in-  
alio intuentur. Nihil enim amabilius vir-  
tute, inquit Tullius, nihil eam magis allucit ad  
diligendum. siquidem etiam illos, quos licet  
nunquam viderimus, nihilominus propter co-  
rum probitatem, et virtutem amamus; quanto  
magis si praesentes fuerint, odore virtutum  
suarum nos afficiant, animumq; nostrum de-  
molebunt. O quam jucundum et dulce est,  
ait quidam, videre servidos et devotos fratres,  
bene morigeratos et disciplinatos: quam ju-  
cundum et dulce est, videre pudicos, castos, mo-  
destos, sobrios, mites, mansuetos, humiles, pa-  
cificos: quam jucundum et dulce, videre in-  
opere et sermone compositos, erga omnes hu-  
manos et benevolos, omnibus compatientes,  
neminem cadentes, cunctis juxta facultatem  
suam subvenientes: quam jucundum et dul-  
ce videre illos, qui injurias et opprobria pa-  
tienti animo sustinent, et tacent, qui nemini  
detrahunt, sed potius honorem et famam alio-  
rum pro vitibus tuentur, qui culpas aliorum  
quantum recta ratio admittit, extenuant,  
aut excusant, qui alios inter se dissidentes  
ad tranquillitatem, et concordiam revocare stu-  
dent. Quod, quae, jucundius quid suavius  
talium exalforum cordium aspectu, collo-  
quiis, conversatione, familiaritate? O quam bo-  
ne dicit S. Basilus: Virtutis Studium preloso-  
quidem se habenti possessio est, jucundissimum

verò Spectaculum illis exhibet quibuscum  
congruitur familiariter. Vide iam anima  
mea, quam virtus res sit amabilis et dulcis,  
ades, ut ei proprie conveniat illud ecclesiastici  
dicere: transite ad me omnes qui concupiscitis  
me, et à generationibus meis implemini, Spiritus  
enim meus super mel dulcis: In me gratia om-  
nis veritatis. Resiste proinde totis viri-  
bus obstaculis, quae te impediunt, quò minus  
proficias in virtutibus, sicut animi in itinere.  
Labor in termino verò quies est jucundissima,  
ita licet semita ad virtutem sit difficilis pos-  
satio tamen illius plena est voluptatis.

Ecli 24.  
Nulli proinde  
parca labori ac

Documenta

Viguerunt <sup>omni modo</sup>  
Qualibet anima tantum magis satagere debet,  
ut acquirat ubera pietatis et misericordiae,  
quò magis per illa assimilatur Deo, cui vi-  
delicet proprium est miserari, et parere: quin  
et ipse pietate et misericordia plenos nos esse  
desiderat, dum ait: estote misericordes, sicut  
pater vester coelestis misericors est

Luc. 6.

Viguerunt, seu, ut vertunt Septuag. vestimenta  
anima sunt ejus elemosina corporales et spi-  
rituales, ceteraq; bona opera quibus illa qua-  
si vestibus pretiosissimis et odoratissimis or-  
natur, juxta illud: induite vos sicut electi  
Dei sancti, et dilecti viscera misericordiae be-  
nignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam,  
supportantes invicem, et donantes vobismet-

coloss. 3.

ipsis. Haec sane indumenta superant omne pro tunc dico ut si quis  
pro eis acquirendis, omnem substantiam domus suae desuper dedit, quasi nihil tribuisset  
arbitrari de beati.

Favus distillans labia tua sponsa,  
mel et lac sub lingua tua, et  
odor vestimentorum tuorum,  
sicut odor turris. c. 4. v. 11.

Commentarius

Labia mentalia anima sancta distillant <sup>favum</sup>  
cum precor et orationem & suavis compunctionis la-  
crymis delibutam in aures Dei profundunt, quare  
sicut anima osculum dat, et vicissim accipit a Deo.  
quod osculum Deo tanto acceptius est, quanto anima

Cornel.  
à sup.

majorem vestimentorum suorum hoc est virtutum  
est dat fragrantiam. Sensus autem iste est:  
Dilecta sponsa mea, placet mihi tua ardens ora-  
tio, placent quoque mihi eloquia tua, quia sin-  
cera sunt et spirant amorem proximi; sed et  
vestimenta tua, id est, externa virtutes gratissi-  
mum in nares meas spirituales exhalant odorem.

### Meditatio 96

Considera d. amorem Christi erga animam piam  
qui totus occupatur in commendatione ejus, ut ipsa  
deposita omni pusillanimitate magis ac magis  
ad Deum accedat, eiq; se uniat; anima enim  
quo sanctior est et charitate Dei magis ser-  
uet, tanto amplius à Deo illuminatur, et cla-  
rius contemplatur Dei immensitatem, infinita-  
tem, sublimitatem, opulentiam, Majestatem,  
ac simul etiam intuetur suam propriam vilita-  
tem parvitatem, nihilitatem; unde in conspe-  
ctu tam imensa Majestatis se demergit in profundum  
sui nihili, et ultro se agnoscit indignam, ut ad tam  
sublime et immensum bonum vel oculos suos le-  
vet, tantum abest, ut ei uniri, ac cum eo amicit-  
tiam inire audeat, quanam enim conventio aut  
proportio infiniti ad finitum omnipotentis Dei  
ad egenam animam, creatoris ad creaturam? Ve-  
rum quia Christus sanctitatem ac perfectionem  
<sup>animarum</sup> unice desiderat, omnem metum à pia ani-  
ma propulsaturus loquitur ei intus verba bo-  
na verba consolatoria, et ait: favus distillans  
labia tua sponsa, quasi diceret: ecce dilectam  
sponsam meam, quid times, quid trepidas ad  
me accedere? ecce dilecta sponsa mea es, et labia  
tua mihi summe placent, cum preces ~~meas~~  
compunctionis et amoris lacrymis conditas of-  
fundunt, tunc enim vulneras cor meum, et totum  
me constringis, et unis tibi, ut possis dicere: dilec-  
tus meus mihi et ego illi. Depono igitur omne  
metum, nam licet immensus sim Dominus, sum  
tamen sponsus tui amantissimus. Vide iam ani-  
ma fidelis, quanta sit dilectio Christi erga ani-  
mam sibi devotam. Vide quomodo sibi comple-  
ceat in labiis, qua distillant favum, id est,  
qua profundunt ardentem orationem: quid proinde



Geneb. in h. l.

~~Philip.~~  
Philip. 1. v. 10

Cornel. a  
Lap. h.

Exod. 25.

exterius, prius sint sub lingua, id est in corde, ait Genebrardus, sic ut quod uersatum in ore procedat ex corde. Et hoc est, quod Christiana sinceritas et simplicitas per lae specialiter denotata à te requirit. Hoc est etiam, quod monet Apostolus dum ait: oro, ut charitas uestra magis et magis abundet in omni sensu, ut sitis sinceri. Tali autem modo forvabis cum proximo tuo amicitiam, pacem, concordiam, et fraternam charitatem quae omnia perturbat et tollit simulatio, et calliditas.

Considera 3. Appositè vestium odorem apponi ad mellifluam linguam sponsa, quia tantum sinceræ ac candidus sermo lingua, quam virtutes externa, puta beneficentia, humilitatis, modestia, patientia, obedientia, ac religionis, quae significantur per uestimenta mirè ornant ac decorant animam tamq, suave thus redolent, ut deus et homines inde supra modum reuerentur. Sed valde dolendum est, quod ad huiusmodi virtutes tam parum afficiamur, quas tamen Christus tanti fecit, ut totum vitam suam tempus, quo nobiscum hic commorari dignatus est, in eis exercendis transegerit. Intuere, obsecro ejus beneficentiam maximè in institutione Sacramenti Altaris relucens, quo non solum sua dona nobis impertit, sed etià se ipsum totum impendit, ac cum proprio suo corpore et sanguine ecclesies thesauros nobis tribuit. Contemplare ejus humilitatem, qua tanta fuit, ut etià ad pedes discipulorum suorum, eos lavaturus se demittere voluerit. Considera ejus patientiam, per quam ad injurias, ad opprobria ad contemptum ad blasphemias factus est sicut homo non audiens, et non habens in ore suo reargutiones. Obstupescere ad ejus obedientiam, qua propria vita pretulit, dum maluit crudelissimam mortem crucis subire, quam obedientiam non implere. Inspice iam anima mea et fac secundum exemplar, quod tibi monstratum est. Christus siquidem nobis datus est in exc.

plum, ut quemadmodum ille ambulavit, et nos  
 ambulemus: et sicuti qui cum sequitur, non  
 ambulat in tenebris, sed habet lumen vite  
 sic à contrario, qui eum sequi noluerit per  
 semitas virtutum, per quas ipse incesit,  
 necesse est, ut in tenebris et in umbra mortis  
 padeat, à lumine gloria peritus excludendus.  
 Elige nunc animum ex his duobus, aut enim  
 per fraxitem virtutum tibi jugiter gra-  
 diendum est, ut pervenias ad lumen vite  
 eterna, aut si post concupiscentias tuas sem-  
 per ire volueris, tandem tenebra mortis  
 te comprehendent.

Jo. 8

Luc. 2.

Jo. 12

Documenta.

1.  
 Sermo verus ac Deo gratus non solum mel  
 seu benignitatem, sed etiam lac seu candorem  
 habere debet; magna proinde reprehensio-  
 ne digni sunt, qui egregios se artifices  
 venditant, si adulatione, blanditiis, atq; aspen-  
 tatione simplices decipiant. Quos pestis sicuti  
 nullam apud homines rationis compotes lau-  
 dem meretur, ita non immerito e regno celo-  
 rum excluditur, adeo ut ferè praelet duriorè  
 esse sermonè, dummodo sincerum, quam beni-  
 gnum, et fraudulentum. Corripiat enim me  
 justus, in misericordia et in reprobabit me, ait  
 David, oleum autem peccatoris non im-  
 quet caput meum.

1.

Ps. 140

2.  
 Vestimenta Christiani, qua redolent sicut  
 thus, sunt virtutes, quas Christus veterini  
 exercuit, et hoc est, quod vult apostolus  
 quando dicit: induistis Christum, hoc est vir-  
 tutes Christi imitati estis; his enim verè  
 Christianus est, qui mores Christi in se ex-  
 primit, sicuti e converso, qui vitiis de-  
 ditus est, Christi nomen ementitur.

2.

Gal. 3.

3.  
 Quid per vestimenta hoc, inquit S. Gregorius,  
 nisi sancta opera designantur, quibus praeca-  
 dentium malorum turpitudine operitur, ne vi-

3.

" dactur; sancta itaq; anima in hoc mundo  
" quanta potest bona opera operatur, et bene  
" operans desiderio et intentione sancta ad  
" aeterna se extendit; nihilq; boni agit ni-  
" sica intentione, ut ad caelestia, quae diligit,  
" quandoq; pervenire possit.

Hortus conclusus soror mea sponsa,  
hortus conclusus, fons signatus, c. 4. v. 12

### Commentarius

Sponsus adhuc commendationi sponsae insistens cum  
sub metaphora horti et fontis et encomia eius  
celebrat, et ait: Hortus conclusus es soror mea  
sponsa; hortus quidem quia omnibus omnigenis  
virtutum floribus referta es; conclusus vero puta  
mundo seu omnibus creaturis, quibus nullum  
ad te concedis introitum. Fons etiam es; qui  
puras sapientiae salutaris promanat aquas, signatus  
tamen timore Domini, ne insultibus diaboli,  
mundi et carnis pateat accessus.

### Meditatio 47.

11. 127.  
Considera 1. Animam non immerito hortum nuncupari,  
siquidem in ea excoli debent virtutum plantaria,  
et bonorum operum germina. Felix, qui in ea  
excolenda totum vitae suae tempus transegerit, huic  
animae in fine vitae dicitur: Labores manuum tuarum  
quia manducabis, beatus es et bene tibi erit. Infe-  
lix vero ille, qui hanc sanctissimam culturam negle-  
xerit, quique omnem impenderit operam ad procuranda  
corporis comoda solatia et delectamenta, atq; ad  
coacervanda bona terrestria. Quid enim proderit  
haec omnia habere, et anima sua detrimentum pati?  
Si quis hucusque corpus suum in omnibus deli-  
ciis nutritisset, et nunc eum oporteret mori, quid  
emolumenti inde consequeretur? Nonne corpus  
ipsum poneretur in tumulo rodendum à vermibus,  
et anima sepeliretur in inferno crucianda à da-  
emonibus? Haec licet ita sint, adeo tamen exco-  
cati sumus, ut corpus pluris quam animam fa-  
ciamus; si enim corpus sit saucium, si macu-  
las contrahat, mox applicantur medicinae, quibus  
vulnera eius sanentur, et sordes ejus abstergan-

111  
tur, contra vero vulnera animae non curantur,  
parvipenduntur ejus macula; An ergo anima  
non est plusquam corpus? Corpus mortale, quod  
breui morietur, et in pulverem redigatur, dū vivit,  
nullum defectum patitur, solatia sine numero et  
mensura accipit; anima vero immortalis, in cuius  
comparatione omnia totius mundi corpora, ut ubi  
praestantia, pulchra, nobilia reputentur, profus  
nihil sunt, negligitur, non excolitur, spiritus vi-  
torum pra multitudine eorum suffocari per-  
mittitur, et vix est, qui de iis radicatus refe-  
cardis recogitet corde. Vide o Christiana  
quanta sit dementia tua, si magis sollicitus es,  
de comodis corporis, quam amolumento animae tuae.  
Nonne hoc est invertere rectum rationis ordinem,  
dum ignobilius praefertur nobiliori. Si credis,  
quod spiritus nobilior sit corpore, quare ergo  
majorem non geris curam de salute pulchritudi-  
ne integritate animae tuae quam corporis. Age,  
age iam, quod agere potes, quia properas in domum  
aeternitatis, in cuius introitu summe exultabit  
animae tuae, si onusta sit bonis operibus, siqz,  
dum peregrinabatur a Domino, virtutibus ex-  
cultata fuerit. Noli igitur negligere hanc cul-  
turam, quae magnam habet remunerationē.

Hebr. 10.

Considera 2. Animam piam hortum esse con-  
clusum, quatenus nihil carnale, nihil mundanum  
nihil terrenum in eam ingrediatur, ut tanto  
magis abundet virtutibus, quo minus terrenarū  
rerū ad ipsam patet accessus; anima enim,  
qua vacua est amore divino terreno, hoc ipso  
divinae charitate, qua secum alias virtutes  
comites habet, impletur. Beata plane ea  
anima, qua rumpit omne commercium cum mun-  
do, ut soli Deo adherere possit. Beata, quae  
claudit ostium cordis sui omnibus creaturis,  
ut Christus illud intrare valeat; qui enim  
aliquid in hoc mundo praeter ipsum amare  
voluerit, eum ad se attrahere non poterit.  
Ipse namqz, cor humanum aut solus inhabi-  
tet aut si non sit solus, illud inhabitare  
recusat. Contrarii sunt sibi invicem, Christus  
et mundus, et eum nihil habeant inter se com-

q ad ipsam

1. Reg. 5.

mina, simul habitare nequeunt. Non permi-  
sit Deus, ut sibi et Dagoni unum idemq; tri-  
bueretur altare, sic nunquam patietur, ut mun-  
dus cum ipso in tuo corde habitet. Non vult  
Deus cor divisum sed integrum. Fieri itaq; ne-  
quit, ut quis fruatur Christo, et simul inordi-  
nate appetat res hujus vite. Omnes quidem  
cuperent frui eius suavi conversatione, et abun-  
dare consolationibus coelestibus, sed pauci vo-  
lunt privata sua commoda relinquere, et ex-  
citantur bona terrena contemnere. Quisquis igitur  
Deum in hortum animae suae introducere,  
et cum eo deliciarum desiderat, prius ab omni  
amore creaturarum eundem expurgandum esse no-  
verit: quia nemo potest gustare, quam suavis  
sit Dominus, nisi prius bona hujus mundi et  
voluptates ejus ~~fastidierit~~ fastidierit. ~~Fastidit~~  
~~manet~~. Quamdiu in eo erit farina aegypti, man-  
na coeleste delibare non valebit. ~~Eja anima~~

Lib. jmit. Chr. c. j.

fidelis prepara sponso tuo cor tuum, quatenus ad  
te venire et in te inhabitare dignetur. Da ergo Chri-  
sto locum et ceteris omnibus nega introitum.  
Cum Christum habueris, dives es, et sufficit tibi.  
Dilectio creatura fallax et instabilis. Dilectio Jesu  
fidelis et perseverabilis. Qui adheret creaturae,  
cadet cum labili. Qui amplectitur Jesum, firma-  
bitur in aevum. ~~Teneos de igitur apud eum Jesum~~  
~~vivens et moriens~~

C. 2. c. 4.

Considera 3. Animam non solum hortum, sed etiam  
fontem esse, qui videlicet salubres doctrinae  
manat aquas, ut hortum mentis suae, aut etiam  
proximi irrigare possit. Quapropter ab ea exi-  
gitur, ut assidue in lege Domini meditetur,  
sacras scripturas scrutetur, atq; eos libros, ex  
quibus sperat, institutiones sibi magis necessa-  
rias hauriri posse, diligenter <sup>per</sup>volvatur.  
Vae autem illi, si otio, si <sup>dati</sup>comodi corporis, si  
comessationibus, si relaxationibus nimis in-  
dulgeat, vel aliena negotia tractet, vel alius  
tempus inutiliter profundat. Tunc enim fons  
non erit timore Domini signatus, qui puras sa-  
pientiae salutaris dimanet aquas, sed erit po-  
tius coenum, vel aqua foetens, ac inutilis ad  
irrigandum, ~~que magis inficitur, quam si~~

erat; quia quamprimum meditationes ac lectiones sacrae negliguntur, facile exulat timor Dei, qui per huiusmodi pia exercitia animae infertur; exulante autem timore Dei, liber accessus in animam patet demonibus, carnis concupiscentiis, et mundi voluptatibus, quae dum animam ingrediuntur, secum foetorem vitiorum invehunt, et sic omnia inficiunt. Ideo o anima fidelis, si sapias, frequenter insiste piis meditationibus ac lectionibus, ut per eas hortus mentis tuae aut etiam proximi salubribus institutionibus ac monitis salutis irrigatus pulchros virtutum flores et bonorum operum germina producere valeat. Quod si in hac irrigatione aliquam difficultatem persentiscas, cogita, quod virtutes, quibus debetur corona, sine labore acquiri nequeant. Si igitur laborem refugis, non vis coronari. Expende, quae sunt, quantum mundani pro bonis corporis, quae cito pereunt, defudent: quanto magis tu pro bonis animae, quae sunt aeterna, laborare debes.

Documenta

Una quaeque anima sancta, ait S. Gregorius, hortus esse intelligitur, quia dum virtutes mittit, flores gignit, et dum virtutum exhilaratione se reficit, fructus quos genuerat, custodit. Conclusus enim hortus esse dicitur, quia dum humanae laudes contemnit, ipsa bona intentione se circumsepit, ne ad interiora rapienda hostis antiquus irrumperere possit. Fons etiam dicitur, quia dum coelestia aspidue cogitat, dum scientiam scripturarum semper in ventrem memoriae congregat, quasi aquas viventes sancta mens in se gignere non cessat, quas sitientibus proximis, ~~prae~~ ut reficiantur, ~~valde~~ praebere valeat.

S. Greg. h.

Hortus animae, ut bene excolatur, fodi debet. Foditur autem, dum in ea vitia radicibus extirpantur, et mores convertuntur. Ins-

Richard. a S. Vict.

Non per  
dem tri  
ur, ut mu  
Non vult  
itaq; no  
mul inori  
quidem  
e. et ab  
pauu  
e, et  
Quisq; q  
Introduci  
i ab om  
um a pa  
am juo  
mundi  
Eja anima  
quatenus  
Da ergo  
Tritum  
uffit h  
Dilectio  
rectura  
san firm  
am Jofe

Instrumenta ad fodendum aptiora videntur illi;  
clavi, quibus impii foderunt manus et pedes  
Domini. Hi igitur revocandi sunt ad memo-  
riam, et dolori, quem ipsi Domino intulerunt,  
nostrum apponere debemus, qui quò vehemen-  
tior fuerit, et nos Christo magis condolueri-  
mus, tantò efficacius vitia extirpabimus.

3.

Orat. 2. de  
assumpt.

Beata Virgo dicitur hortus et fons prop-  
ter fecunditatem, sed conclusus, et signatus  
propter virginitatem; unde ad hunc paradi-  
sum serpens aditum non habuit, ait S. Damas-  
canus. Porro qualibet virgo ad exemplum et  
imitationem B. Virginis est hortus esse debet  
conclusus et fons signatus, signatus, inquam  
custodia virginitatis, custodia oculorù, et  
aurium, virginali pudore, silentio, et solitu-  
dine.

Emissiones tuae paradisi malorù pu-  
nicorum, cum pomorum fructibus,  
cypri cum nardo. Nardus et crocus,  
fistula, et cinnamomum cum univer-  
sis lignis libani: Mirra et aloe.  
cù omnibus primis unguentis. c. y. v. izetij

*Dilucidatio  
Commentarius.*

Sponsus, ut primum audivimus, comparat sponsa  
suam horto, nunc verò ostendit per ordinem,  
quinā flores aut fructus ex illo horto pro-  
gignantur, si altius fodiatur, et purissimis  
aquis irrigetur; ait enim: Emissiones tuae  
paradisus malorum punicorum (¶) hoc est,  
propagines seu fructus horti tui sunt tanti  
tamq̃ pretiosi, ut paradisi efficiant malorù  
punicorum, pomorum, cypri, nardi, croci, fistulae  
cinnamomi (¶) id est, variarum virtutum.

Ceterum mala punica denotant bonas operatio-  
nes, quas memoria passionis in nobis fructifi-  
cat. Juvat per singula audire. Aleuinus:  
Paradisus, inquit malorum punicorum dicitur,

Aleuin. apud  
Corn. h.

2  
113  
quia sicut malum exterius rubrum est, et in uno  
cortice multitudinem habet granorum, sic in ani-  
ma multitudo bonarum operationum intra fide  
Dominica passionis tenetur inclusa. Cum poma-  
na denotent honestas et pudicias ejus locutio-  
nes. Cyprus significat virginitatem, nardus  
veram humilitatem, et patie charitatem, crocus  
divinam sapientiam, fistula humilitatem et pa-  
tientiam, cinnamomum interna contemplationis  
dulcedinem, uniuersa ligna Libani omnes alias  
virtutes, qua aliquod robur habent, et mentem  
spiritualiter dealbant. Mirra significat car-  
nis mortificationem, aloe bonam opinionem,  
prima Inuenta Sancti Spiritus dona. Hae  
Alcuinus

### Meditatio 248.

Considera 1. quam necesse sit, ut quotidie per  
bona opera augeamus merita nostra, quatenus  
tanto certiore vocationem salutis nostrae face-  
re valeamus; siquidam non nisi meritoriiis operi-  
bus aeterna vite merces comparatur. Unde monet  
Apostolus, ut sine intermissione bene operemur,  
quia suo tempore metemus, et magnam remunera-  
tionem reportabimus, si nempe prius in bonis  
operibus nos exercuerimus. Est autem memo-  
ria seu meditatio mortis Christi insignis ad  
bonas operationes incentiuum; quis enim dum  
considerat, quanta Christus pro salute nostra  
egerit, et passus sit, non animetur, ut pro salute  
propria multa operetur, et, quantum potest la-  
boret. Quam enim essemus alieni à recta ra-  
tione, si intuentes Christum ducem nostrum  
laborantem et sudantem in opere redemptionis  
nostrae, nihilominus vellemus tota die stare  
otiosi, et in negotiis salutis nostrae nihil agere.  
Quasi uero salus nostra quae Christo tanti  
constitit, à nobis absq; ullo labore, aut boni  
operis praetio acquiri posset. Audi itaq; anima  
mea s. Petrum nos serio adhortantem et dicentem:  
fratres, magis satagite, ut per bona opera certa  
uestram vocationem et electionem faciatis.  
Operare igitur bonum, dum tempus habes, venit, enim

Gal. 6.

2. Pet. 1.

Jo. 9.

noa, quando nemo potest operari. Cogita, quae  
magnum et ineffabile sit illud aeterna felicitatis bo-  
num, quod debetur bonis operibus, quando qui-  
dem Christus Dominus, ut illud nobis compara-  
ret in hunc tenebrosam carcerem descendere vo-  
luit, ac formam servi accipiens in ea innumeros  
labores, ac acerbissimos cruciatus perpeti, et  
pretiosum sanguinem suum fundere, ignomi-  
niosissimamque mortem subire non recusavit.  
Cognosce iam <sup>excellentiā</sup> ~~magnitudinem~~ coelestis gloriae ex  
magnitudine passionis Dominicae. Et quia  
nemo nisi bonis operibus currendo, ut ait S. Be-  
nedictus ad tantam gloriam pervenire potest, ideo  
currendum et agendum est modo, quod in perpe-  
tuum nobis expediat, et quod minus habet in  
nobis natura possibile, rogemus Dominum, ut  
gratia sua jubeat nobis adiutorium ministrare.

in prol. reg.

Considera 2. Quod non solum ex operibus sed  
etiam ex verbis merita nostra augere, et coro-  
nam nostram perficere debeamus, ideo non  
tantum mala punica, sed etiam poma Deo a no-  
bis offerenda sunt. Mala Poma sunt gratissi-  
mi saporis, talis est pia, honesta et pudica Lou-  
tio, quae nihil acceptius nihil suavius in auribus  
castae animae audiri potest, sicut e converso nihil  
magis <sup>aversat</sup> eam cruciat, quam cum ejus aures munda-  
nis ac minus honestis sermonibus feriuntur.  
Certe mors et vita in manibus linguae. Mors qui-  
dem, quando pravam sermonem profert, corrup-  
punt enim bonos mores colloquia prava. Vita ve-  
ro, quando eloquitur, quae serviunt ad adifica-  
tionem, lingua enim prudenter exercitata, ait S.  
Laurentius, est decus animae conscientiae speculum,  
charitatis vinculum, nutrimentum pacis, frater-  
nae dilectionis custodia. Verum sicut is, qui  
equo frenum imponit totum illius corpus facile  
regit, sic et homo, qui linguam suam frenat, se  
ipsum ad omnem virtutem ~~non~~ dirigit, unde  
moxet Apostolus: omnis sermo malus ex ore vo-  
cetur, <sup>non</sup> procedat, sed si quis bonus ad adificationem  
fidei, ut det gratiam audientibus, eosque Dei ame-  
re et virtutis ac perfectionis desiderio inflam-  
met. Itaque o anima fidelis, si loqui expedit,

1. Cor. 15

de Inst. et  
Regim

Eph. 4

que edificabilia sunt, loquere. Esto in loquen-  
do circumspecta, et honesta. Ea, quae prorsus  
vana sunt, et nugatoria, evita; Christus  
enim in Evangelio dicit: Omne verbum otio-  
sum, quod locuti fuerint homines, reddent de  
eo rationem in die iudicij. Notatu digna sunt  
verba S. Benedicti, dum ait: Scurrilitates, verba  
otiosa, et risum moventia, aeternam clausuram  
in omnibus locis damnamus. Vide <sup>iam</sup> ~~igitur~~ quod  
facilius ~~est~~ sit tacere, quam multum loqui, et  
verbo non excedere. Quis est enim, qui dum  
multum loquitur, non etiam saltem multa  
otiosa et inutilia proferat? Dilige igitur faci-  
lissimam rationabilem, ad exemplum Davi-  
dis, qui ait: Dixi custodiam vias meas, ut non  
delinquam in lingua mea. Posui ori meo cus-  
todiam, obmutui, et siliui a bonis. O quam fe-  
lix, qui custodire novit linguam suam, is enim  
ab innumeris culpis, atque angustiis liberat  
animam suam.

Matt. 12 v. 36.

reg. c. 6.

ps. 38

Considera 3. Coronam nostram in caelis non solum  
stabiliri, sed etiam gloriosiore effici, si vir-  
ginitatem coluerimus, si charitates abundaverimus,  
si in humilitate, patientia, mortificatione, aliisque  
virtutibus per universa ligna Libani deno-  
tatis nos exerceverimus. O quantum istae  
propagines plantae et fructus differunt a spi-  
ris et roboribus, tribulis et urticis hortorum  
diaboli, mundi, et carnis! Illae enim animam  
magna consolatione afficiunt, istae vero ea  
pungunt, torquent, et ad magnas angustias  
redigunt. Illae promittunt vera gaudia, et  
ad ea etiam animam evolvunt; istae promittunt  
omnia bona, nec tamen aliud tribuunt pro-  
ter vanitatem et afflictionem spiritus; pro-  
mittunt enim letitiam, dum blandè intrant,  
et afferunt tristitiam, dum in fine mordent;  
promittunt stabilitatem, sed morte adveniente  
effugiunt à nobis: promittunt quietem, et  
pariunt turbationem; quanta enim perturba-  
tione et angustia animi replantur in qui de-  
sideria carnis, aut mundi instigante diabolo

Cogita qui  
feliciter be  
quando qu  
compara  
cedere ve  
a innum  
corpore et  
e, ignon  
recusavit  
gloria ex  
Et quia  
et ait. De  
potest  
in popu  
habebit  
missionem  
a ministris  
peribit  
re, et cor  
deico no  
a Deo an  
ent grati  
adica. Iu  
is in auri  
vota nihil  
tas munda  
iuntur.  
. Non qu  
t; coram  
va. Ibi  
adifica  
tate aut  
ia spual  
acis, fr  
ut is qui  
pus, p  
fracti  
t, male  
ca orre  
atione  
Dei an  
infla  
i caput

perficiunt. Vide iam anima fidelis, quantum  
 à vero deflectant qui inhiant iis fallacibus  
 fructibus, quos ipsis demon, caro et mundus  
 offerunt, et veros virtutum fructus, per quos  
 hic magnam pacem et consolationem, illi vero  
 gloriam sempiternam consequi potuissent, re-  
 gligunt. Vbi quaso, sunt illi qui mundam  
 dilexerunt, suggestionibus diaboli se conforma-  
 runt, et carnis desideria secuti sunt? Ecce  
 perit memoria eorum et sunt, quasi nunquam  
 fuissent; et utinam nunquam fuissent, tunc  
 anima ipsorum non cruciaretur in inferno.  
 Vbi vero sunt illi, qui Christi virtutes imi-  
 tati sunt, eiq; per dilectionem adhaeserunt?  
 Nonne nomen eorum vivit in generationem  
 et generationem, et laudes eorum nuntiat  
 Ecclesia? Visi sunt quidam oculis insipien-  
 tium mori, at anima illorum immortalitate  
 plena est. Nunc ex his duobus alterum  
 elige, aut cum viris justis et verè religiosis  
 sobriè, piè et justè vivere, aut cum viris man-  
 danis, et secularibus vitis te mancipare;  
 cum illis ibis in vitam aeternam, cum istis  
 in gehennam.

### Documenta.

1. S. Gregorius super illa verba Cypri cum Nardo, nar-  
 dus et crocus, fidula etc. ita ait: "quid per has di-  
 versas aromatum species designatur, nisi sanctorum  
 virtutum odor, et profectus, qui in sanctis habetur;  
 Ex his quippe speciebus regalia unguenta confi-  
 ciuntur: caulis Bone igitur virtutes animarum  
 designant, quibus congregatis et confectis, et  
 bonus odor opinionis egreditur, et agris anima-  
 bus competens sanitas reparatur.
2. Nardus, inquit Richardus à S. Viet. de quo un-  
 ctum est dominicum corpus, unctionem dilactio-  
 nis Dei in corde significat, quia sic unguimur,  
 ut tribulationes igne non superemur; eum  
 gratia nos reficit, et nos replet, ac contra ad-  
 versa fortes facit. Ceterum nardus cum sit

herba humilis et fragrans secundum Anselmum  
deostat etiam humilitatem. unde non sine  
mysterio hic repetitur; quia ubi cha-  
ritas, ibi humilitas et vicissim; siquidem  
inueniri nequit cor humanum plenum humilita-  
te, quia sit plenum amore Dei, ut dicitur in vi-  
ta s. Mariae Magdalena de Paris. p. 4. c. 106.

Pulchre mirra cum primis ualentis jungitur, quia  
licet dum carnem mortificamus, et concupiscentias  
nostras cohibemus, atque secundum spiritum vivere  
adlaboramus, consequens est quod maiora spiritus  
dona percipiamus; quanto igitur depravata na-  
tura firmius intuleris, tanto maiora incrementa gra-  
tiarum consequaris. 7 magis

S. Rupertus alloquens B. Virginem, ait: "Nardus  
est humilitas tua, qua valde oblectavit altissimum;  
quia dum eset rex in accubitu suo dedit odorem  
suum. Caterum quidquid gratiarum, quidquid vi-  
dutum quidquid operationum coelestium mundus  
accepit emissiones tuae sunt, ut ubi erant spina  
et vepres et tribulus et urtica, universitas nequi-  
tatum, ibi sit Cyprus cum nardo, nardus, et crepus,  
fistula, et cinnamomum, mirra, et aloë, univer-  
sitas gratiarum. 24  
in h. l.

Fons hortorum, puteus aquarum viventium,  
qua fluunt impetu de Libano. Surge Aquila  
et veni caeterum perfla hortum meum, et  
fluunt aromata illius. c. 4. v. 15 et 16.

#### Commentarius.

Hactenus Sponsus Sponsam variis laudibus cele-  
bravit, et maxime eam commendavit à diversis  
horti fructibus, et aromatis; Dixerat præ-  
terea, eam esse fontem signatum, qui Cimpidas  
emanat aquas, non nunc hoc encomium, et tollit,  
dum ait: fons hortorum, puteus aquarum viven-  
tium, qua fluunt impetu de Libano. Quasi  
diceret: Non es exiguus fons, qui unum aut al-  
terum dumtaxat hortum irrigare possis, sed ta-  
lis es fons, qui pluribus simul hortis irrigan-  
dis sufficis. imo puteus es aquarum viven-  
tium, nempe purissima sapientia et doctri-  
na, et gratia, qua fluunt impetu, hoc est abun-

Termin. h.

Cornel. à Lap.  
Richard. à S. V.  
Sap. 7.

Sess. 6. c. 16

Dante, De Libano, id est, De Christo, qui est  
cardo lucis aeterna, et qui tanquam caput in mem-  
bra et tanquam vitis in palmites in ipsos justifi-  
catos jugiter virtutem influit, ut ait Trident.

Ceterum quia talia dona, et gratia Christi in  
nos <sup>duuntaxat</sup> ~~minime~~ derivantur nisi per Spiritum S., qui  
tamen ad nos neutiquam venit, nisi cor nostrum  
ab omnibus inquinamentis ac vitiis, quae demon  
in nobis gignit mundatum fuerit. hinc bene

Cornel. à Lap.

q et perflante  
hortum mentis

subditur: Surge Aquilo, et veni Auster. Sur-  
ge nempe demon, ut abeas, et recedas, cum fadel-  
litibus tuis, qui sunt vitia ~~foras~~ <sup>foras</sup> et veniet Spi-  
ritus Sanctus, quo aspirantet fluent aromata  
virtutum, donorum, et gratiarum ~~agros~~.

### Meditatio 49.

Considera d. Ut anima pia ingentem laudem  
à Deo mereatur, et simul magnam sanctitatem  
assequi possit, non sufficere, si sit fons, qui ri-  
gat proximos, sed debet etiam esse puteus, in  
quo recondantur aqua viventes salientes in  
vitam aeternam anima propria. Quidam enim  
sunt fontes tantum et non putei nihil si-  
bi reservantes, quos reprehendere videtur Apo-

Rom. 2.

tolus, dum ait: qui alium doces, te ipsum non do-  
ces. Quasi diceret, quid juvat, si aliis osten-  
dis viam rectam, per quam ambulent, ut tan-

q quid juvat

dem ad Deum pervenire possint? Si eos stimu-  
las, ut currant viam mandatorum Dei tu vero  
te ipsum negligis, torpescis in semita virtutu-

Gen. 49.

diffuis ad exteriora, et effusus es sicut a-  
qua. Cibe prius de cisterna tua, et fluen-

prov. 5.

ta putei tui, et tunc primùm deriventur fon-  
tes tui foras ad proximum tuum. Nonne

ps. 83.

charitas incipit à se ipsa. Unde salutem tuam prius  
in tuto collocare debes, in te videlicet extirpando vi-  
tia, et ascensionem virtutum in corde tuo disponendo, et  
et tunc poteris zelare salutem proximi tui, navas  
ipsius emendando, et spirituales eius  
in virtutibus profectum promovendo.



~~Ad hoc ad hoc sacramentum accedat per fide~~  
largent. Gratia siquidem Sacramenti Alta-  
ris per fines Christianitatis currit, et fide-  
les irrigat, ~~et~~ tantum est virtutibus  
ut faciat animas pias superare omnes diffi-  
cultates, quae in prima, et secunda putei fossio-  
ne reperiuntur, ubi videlicet motus carnales  
adhuc in eis vigent, quibus per devota ~~effici~~  
huius Sacramenti frequentationem sopitis, eas etiam ad ter-  
tiam fossionem fortiter simul ac suaviter  
adducit, ut iam non timore poena, aut spe  
aeternae vitae, sed ex pura Dei dilectione bona  
operentur. Est enim sacra Eucharistia sa-  
cramentum amoris, in quo anima vicinior Deo  
iungitur, eius intimius copulatur, unde fieri  
debet accedens, quin anima sapius ad hunc ignem  
puro Dei amore malum deserat, et bonum faciat.  
Dilatare iam anima mea ad hoc sacramentum  
tam ~~et~~ largè manens rivulos aquarum viven-  
tium. Profecto nunquam otiosa ad hunc  
fontem gratiarum accedes, nunquam ab eo sine  
fructu recedes. Tantum autem de <sup>hoc sacratissi-</sup>  
mo fonte haurias, quantum fuerit desiderium  
tuum, fides, et humilitas. Concede mihi igitur  
Domine Jesu fons bonitatis, qui tanto impe-  
tu fluis, et tot in locis dilataris, ut ad te fi-  
de viva, ardenti desiderio, ac profunda humili-  
tate curram, teq; largam, quatenus plenè te  
hauriā, et profundè possideam, sicq; puteus a-  
quarum viventium ~~fontem~~, et te mihi eum impeda-  
influentem aliis refundere sufficiā.

et effici possim

Ephes. 6.

Considera 3. quod licet Christus tanquam ca-  
put nostrum in nos, qui sumus membra eius deri-  
vet gratias suas, nihilominus, ut carum parti-  
cipes fiamus, vult, ut viriliter decertemus adver-  
sus principes tenebrarum harum, eius resistamus  
in fide, quatenus ad nihilum deductis eius pri-  
vis suggestionibus munda servetur conscientia,  
alioquin in nos venire nequit Auster seu spiri-

117

Dus Sanctus, nimium enim sibi aduersarius Spi-  
ritus casti consilii, et Spiritus omnis spurcitici,  
Spiritus veritatis, et Spiritus mendacii, Spiritus  
immensa bonitatis, et Spiritus extrema maligni-  
tatis. Et hinc est, quod invicem in uno eodemque  
corde habitare nequeant. Facessat igitur Aequi-  
lo procul à nostris hortis; ipse enim frigore  
suo constringit, et torpentes facit animas ut  
extincto coelesti calore, flores amittant virtu-  
tum. Vae illi, qui portam cordis sui ei ape-  
runt, siquidem venenoso flatu ejus inficietur,  
aduretur, calcabitur, et tandem enecabitur.  
Veniat vero Auster, perflat hortos nostros,  
calefaciat animas nostras, ut vitiorum glacias  
solvat. Totum occupet cor nostrum, ut nul-  
lus in eo locus vitio vel carnalitati pateat,  
et tunc fluent aromata virtutum et donorum  
ejus. Pensa jam anima mea, quanta sit feli-  
citas ac dignitas habere in cordis hospitio Spi-  
ritum S. tam immensum et opulentum Dominum.  
Quo, obsecro, fervore, desiderio, et ardore ejus  
adventum sitire deberes, ut ad te veniens sep-  
templici donorum suorum munere te beare possit.

Ah veni S. Spiritus: veni unicum animæ meæ  
solatium; Effunde in pauperem et inopem  
donorum tuorum ac misericordiæ opes et The-  
saurus. Pota, et inebria me dono Sapientia Salu-  
taris; illumina me dono intellectus: dono consi-  
lii me dirige: dono fortitudinis confirma: do-  
no scientiæ instrue: dono pietatis cor meum leni,  
et omolli; et dono denique timoris tui confige car-  
nes meas. Overe puri, et mundi cordis amator,  
inflamma igne dulcissimi amoris tui medullas  
et intima viscera mea ut hoc ipso igne in te sus-  
cipisime raptus, et in tuam quoriammodam formam  
translatus vivam, mensq; mea in te uno fixam  
ultimum sibi propositum inveniens, tanquam  
in pace et quiete sua, imo omnis boni fonte,  
et abyso, placidissime conquiescat.

### Documenta.

Anima Sancta est fons et puteus aquarum viventium, &

Ecol. 19

ps. 118

dum profundam Spiritus S. doctrinam et gratiam consecuta, illarum aquis spiritualibus ita redundat, ut easdem in alias refundat. Dicitur autem puteus non solum quia sibi aquas refervat, et se non totum se exterius effundit, sed etiam, quia ad eas hauriendas profunde per humilitatem se inclinat, et demittit, qua quanto major fuerit, tanto amplius haurire poterit.

Rich. hie 2.

De Libano, inquit Richardus a S. Vict. fluxerunt aqua ista, id est, de Christo, quando Spiritus S. tanquam torrens discipulis influxit, et suavi eos ubertate donorum inebriavit; et quando Christo in coena benedicente panem, sacramentum Eucharistiae celebrare coepit, et una passibili presentia ipsius sublatam, multis in locis usque ad consummationem saeculi nobiscum mansit; semel quoque oblatus in cruce, multoties in altari pro nobis offertur.

3. B. Virgo fuit, et est fons et puteus aquarum viventium, qui sterilem mundum irrigavit, et foecundum effecit, eum peperit largitorem gratiarum. Dicitur puteus propter profunditatem gratiarum, qua in ipsa congesta sunt. Haec semper fluunt, quia ipsa non cessat per suam potentem intercessionem apud Filium, modo piis precibus a nobis pulsata fuerit, pietas ejus, omnia bona nobis impetrare et communicare; fluunt autem cum impetu, quia illis resistere nequeunt adversarii nostri visibiles et invisibiles.

S. Greg. h. 4. " Quid per Aquilonem, inquit S. Gregorius, qui in frigore constringit, et torpentes facit, nisi immundus Spiritus designatur, qui reprobes omnes, dum possidet, a bono opere torpere facit? " Per Austrum vero, calidum scilicet ventum Spiritus S. figuratur, qui dum mentes electorum tangit, ab omni torpore relaxat, et ferventes facit, ut bona, qua desiderant, operentur. Surgat ergo Aquilo, et veniat Auster, et perflet hortum Sponsi, et fluant aromata illius, ut Spiritus malignus ab Ecclesia vel ab unaquaque electa anima discedat, et Spiritus S. adveniat, qui veniens charitatis ignem cogitationibus infundat, et a torpore negligentiae, dum se infundat, solvat.